SEXCENTI ERRORES PLENI BLASPHEMIIS IN DEVM, QVOS ROMANA PONTIFICIA ECCLESIA contra DEI verbum furenter defendit: Collecti à

D. TILEMANO HESHVSIO.



FRANCOFVRTI AD Mœnum.

M. D. LXXII.

GENEROSO ET INCLYTO DOMINO, DOMINO HINRICO RVTENO SECVNDO BARONI, DOmino in Plawen/ Graitz, Granichfeld & Gera, Domino suo clementi.



SALVTEM à Filio DEI Domino nostro IESV Christo: Illustris & generose Domine Baro, Domine reuerenter & singulari studio obseruande. Non ignoro multos esse, cùm viros politicos prudentia claros: tū Theologos magni nominis, qui in ea sint opinione vt existiment, non amplius mentionem faciendā esse in publicis ad Ecclesiā concionibus Romani Pontificis atq; Pontificiorū errorum: Sed prorsus dissimulatis & perpetuo silentio sepultis omnibus abusibus & blasphemijs papisticis, tantùm sanam & scripturæ sacræ congruentem doctrinam de articulis fidei populo proponendam esse: tantumq; huic conceptæ opinioni tribuunt, vt licet haberi velint religioni nostræ addictissimi, & à Pontificijs blasphemijs alienissimi: tamen non obscurè ostendant, se valdè molestè ferre, quod

concionatores pij & fideles, iusta verborum & sententiarum grauitate in Pontificem Romanum, Cardinales & Episcopos publicè inuehuntur: Errores Papæ prolixè refellunt, & auditores magno Zelo monēt, vt præstigias & blasphemias papatus vitent. Persuadent enim sibi papatus idolomaniam & errores in his Ecclesijs ita euersos, protritos, extinctos & sepultos esse, vt planè superuacaneum sit, memoriam papatus vsurpare, vel vllam operam ponere in refellendis eius erroribus. Atq; ideò suspicantur pastores illos, qui data occasione grauiter ex verbo DEI Idolomanias Pontificiorum refutant, nimia rixandi cupiditate laborare.

Sed reuera quicunq; ita adfecti sunt, in magno & graui errore versantur. Nimis citò obliuioni tradiderunt quàm horrendis tenebris craßißimorū errorum sub Papatu oppreßi fuerimus: quàm tristis ignoratio DEI, & Mediatoris IESV Christi, mentes nostras occupauerit: quàm deniq; sæua & intolerabilis tyrannis Romanorū Pontificum nos tenuerit captiuos: quàm prorsus ignari fuerimus sub Papatu diuini verbi, & alieni ab omni participatione salutis. Non etiam satis expendunt indefeßi spiritus occultas insidias, aßiduos conatus, & callidißima artificia, quibus subinde nititur veteres errores & blasphemias reducere in Ecclesiam, & pristino loco restituere: cuius non tantùm historiæ veteres, sed etiam exempla nostræ ætatis eos admonere debebant. Non cogitant deniq; quanta & quàm tristis sit humanorum

manorum ingeniorum non solùm incuria, securitas, & oscitantia: verùm etiam malitia & petulantia: quæ & ex sese errorum semina suppeditat, & aliundè oblata auidè excipit, fouet, nutrit, & tandem nimis magno prouentu errorum reddit.

Graues itaq; causas habeo dissentiendi ab eiusmodi vel politicis vel theologis, quantumuis sibi sapere videntur: ac potius statuo, nos theologos quibus custodia incorruptæ veritatis diuinitus mandata est, nunquam satis operæ & diligentiæ ponere posse in recensendis & depingendis erroribus Pontificiorum: in accusanda & refellenda turpitudine Papæ: in conuincendis & refutandis tetris idolis & blasphemijs Papistarum: Deniq; in monendo, excitando, & adhortando populo, vt abusus, errores & præstigias Romani Antichristi summo studio vitent & fugiant. Non sine causa vox de Cœlo clamat: Exite de Babylone populus meus, ne participes sitis delictorum eius: ne de plagis eius accipiatis. quoniam peruenerunt peccata eius vsq; ad Cœlũ: & recordatus est DEVS iniquitatum eius: Reddite illi sicut & ipsa reddidit vobis: & duplicate illi duplicia secundum opera eius. Nequaquam vult DEVS parci Romano Antichristi: nam ipsius peccata & blasphemiæ ad cœlum vsq; peruenerunt. Paulus Apostolus inquit: Dominus conficiet Antichristum spiritu oris sui. Ergo mandatum DEI est, vt pastores qui sunt os Domini inclament Romanum Pontificem, eiusq; regnum: ac DEVS huic ministerio verbi successum promittit. Repetat

Apoca. 18.

2. Thes. 2.

 quæso

quæso pius lector memoria, & in timore DEI consideret ex quantis tenebris, ex quàm tristi seruitute, ex quo æternæ mortis periculo eripuerit nos æternus Pater per Filium suum Dominum nostrum IESVM Christum, dum nos ad lucem sui Euangelij transtulit. Sub detestando Papatu verus DEI cultus planè conciderat: Inuocare homines mortuos, procidere ad statuas, adorare panem, & ab eo opem petere, summa habebatur religio: noticia Mediatoris IESV Christi & beneficiorum eius planè oppressa & sepulta iacebat: quærentes consolationē anxijs conscientijs ad merita sanctorū, ad opera propria, ad sacrificia missæ, ad peregrinationes, ad ieiunia, ad eleemosynas, ad vota monastica, ad satisfactiones, tandem ad purgatorium remittebantur: quæ ratio adeò nihil præstabat consolationis, vt innumeri homines sub Papatu cùm monachi, tum alij superati doloribus conscientiæ, & abrepti in desperationem, sibijpsi mortem consciuerint. Quàm horribilis carnificina conscientiarum fuit in papatu doctrina de pœnitentia? quæ iubebat dolorem contritionis respondere magnitudini peccati, quæ flagitabat omnium peccatorū enumerationem, quæ exigebat satisfactionem pro admissis sceleribus in iudicio DEI, & perpetuò relinquebat hominē in dubitatione, num placeret DEO, nec ne: num hæres esset vitæ æternæ, vel ad damnationem perpetuam destinatus. Quantum errorum & blasphemiarum fuit in sacrificijs Missæ? Quantis mendacijs, quibus præstigijs circumferebantur & ostende-

ostendebantur sanctorum reliquiæ? Ceremoniarum pompæ & magnitudo in tantam excreuerat molem, vt mundus amplius ferendo non esset. Adeò excæcati erant omnes, vt neq; hi, qui magistratus gerebant, neq; qui in coniugio viuebant, certò statuere possent suum vitæ genus suosq; labores placere DEO. Omnia loca monachis, & sacrificulis repleta erant: nec quisquam populũ verbi diuini pabulo pascebat. Pontifices, Episcopi & Monachi adeò expilârunt & exhauserunt mundum, vt etiam potentissimos principes nedum miseram plebem, fraude religionis ad extremam redegerint paupertatem: Adeoq; proteruè sua tyrannide abutebantur, vt vilissimus ac sordidissimus monachus minitando excommunicationem summos principes in magnum metum potuerit conijcere. Et quod omnium erat miserrimum, in hac tristissima seruitute Pontificia, præ qua Aegyptiaca laudabilis fuit libertas, omni consolatione verbi diuini destituebamur, & eius loco mera somnia, aniles fabulas, futilissimas nænias, imò pudendos errores & blasphemias audiebamus: & non solùm in morte & peccato relinquebamur, sed etiam arctioribus vinculis ad æternã damnationem constringebamur. Hoc ergo immensum beneficium, hoc æternum donum clementissimi Patris, nullo modo excidere nobis debet: Sed quod ex tantis tenebris eductos in clarissima luce collocauit sempiternis laudibus celebrare oportet. Quod ergo Moses sepè repetit ad populum Israel: Caue ne obliuiscaris Domini, qui te eduxit de Deut. 6.

terra Aegypti, de domo seruorum: Idem & nobis inculcari à Spiritu sancto statuamus. Hoc enim maius beneficiū accepimus nos Israëlitis, quod illis etiam in Aegypto in ipsa seruitute licebat seruire Deo, & per fidem in Christum salutem adipisci: nobis verò sub papatu non licebat agnoscere verum Deum, nec participes fieri salutis, quæ nobis nunc in Euangelio plena manu liberalissimè offertur.

Ad hoc etiam prodest meminisse horribilium & crassissimorum errorum, quibus in Papatu impliciti fuimus, vt fiduciam nostri ingenij abijciamus, & nostram ingentem imbecillitatem atq; etiam naturæ nostræ prauitatem & cæcitatem agnoscamus. Nunc quidem luce verbi diuini restituta, cum stupore admiramur idolorum, quæ coluntur in Papatu, fœditatem: miramur hominum stulticiam, qui ante lignum & lapides procumbunt in genua, & recitant precationem Dominicam, Pater noster qui es in cœlis. Miramur homines adeò cæcutire, vt dolos & fraudes Monachorum non deprehendant: miramur impudentiam mendaciorum, quæ magno supercilio de purgatorio, de indulgentijs, de Romani Pontificis plenaria potestate, sparsa & credita sunt. Sed quid? an existimamus nos tanta vi ingenij præditos esse, vt in nos tam crassi errores cadere nequeant? Nequaquam.

Viri præstantes ingenio, eruditione, & sapientia, vt Rudolphus Agricola, Longolius, Fridericus Mantuanus princeps, & alij, sperarunt remissionem peccatorum

torum, si in veste Franciscana sepelirentur: Nihilo occulatiores nos essemus: sed vel eodem modo, vel etiam turpius impingeremus, nisi lucerna diuini verbi nobis praeiret. Agnoscamus ergo ministerij Euangelici ingens beneficium: simus memores semper nostrae imbecillitatis: & ardentibus votis precemur Dominum, vt Spiritu suo Sancto dirigat gressus nostros in semita iusticiae, nec sinat nos in errorum praecipitia abripi.

Praeterea hanc ob causam necesse est indicari & taxari idola, errores, abusus, & blasphemias Pontificiorum, vt pij tanto maiori studio vitent ipsorum commercia & consuetudinem, & ne alienis horrendis sceleribus communicent. Sunt enim non pauci, qui arbitrantur nihil subesse periculi, nec impedire religionis syncerum studium, etiamsi quis cum Pontificijs familiariter viuat, sacrificijs & ceremonijs ipsorum intersit, foedera cum illis iungat: sentiunt enim parum discriminis esse inter nostram & papistarum religionem, & tantorum de rituum dissimilitudine esse non necessarium certamen. Qui hac opinione imbuti sunt, non obscurè ostendunt se nec fundamenta verae religionis satis perspexisse: nec considerasse vnquàm horrendis & blasphemis erroribus papistarum religio contaminata sit. His ergo vtile est, ob oculos poni crassos & innumeros Pontificiorum errores: & moneri vt tandem ab eorum commercio discedant. Qui enim blasphemis haereticis & hostibus Filij Dei sese adiungunt, hi & communicant horrendis peccatis ipsorum, & ipsa conuersatione cum impijs abne-

gant veritatem Euangelij, extinguunt in seipsis omnem zelum pietatis, prouocant iram Dei, vt eos percutiat cæcitate: paulatim alliciuntur ad errorum approbationem: abalienantur à pijs doctoribus Ecclesiæ: multis etiam infirmioribus sunt offendiculo: confirmant impios in erroribus, & tandem discunt odisse, blasphemare, & persequi ipsam veritatem. Hic fructus sequi solet conuersationem cum impijs Papistis, quod cùm Sacra scriptura testetur in Syrach.13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: tum & exempla tristißima comprobant: ita vt Dauid non sine causa dicat: Non sedi cum viris vanis, & cum dolosis non conuersabor. Odi Ecclesiam malignantium, & cum impijs non sedebo. Lauabo in innocentia manus meas, & circundabo altare tuum Domine. Vt ergo omnes pij hoc Dauidis exemplum imitentur, & discedant à pontificia Synagoga, tam innumeris blasphemijs polluta, operæ precium me facturum putaui, si quale dogma Pontificij profitentur tanquam in tabula spectandum proponerem.

Quia etiam Pontificij sine fine vociferantur nos, qui verbum DEI & Augustanam confeßionem sequimur, esse schismaticos, ac defecisse ab Ecclesia Catholica, nulla sanè illustrior nostri defensio suscipi potest, quàm si fœda turpitudo pontificia, ingens moles papisticorum errorum, horrenda & palpabilis idolomania, & extremæ blasphemiæ proferantur in medium, & in luce collocentur: propter quæ idola & blasphemias necesse fuit nobis discedere à Romana

curia,

curia, cogente nos mandato diuino, toties repetito, fugite idola: Item si quis aliud Euangelium docuerit, sit anathema. Item: qui dixerit blasphemiam in Spiritum Sanctum, non remittetur ei, neq; in hoc, neq; in futuro seculo. 1. Corin. 10. Gal. 1. Matth. 12.

A Sancta Catholica Ecclesia, quæ est columna veritatis, non discessimus: sed ei nos vera fide in Mediatorem, & aperta veritatis incorruptæ confessione adiungimus: Colluuiem verò papisticam abominamur metu iræ diuinæ, quæ denunciatur idolatris & hæreticis. Augustissimũ & sacrosanctum est nomen Ecclesiæ Christi, & non immeritò omnes pij veræ Christi Ecclesiæ vt matri & iustum amorem, & debitum honorem, omnemq; reuerentiam deferunt. Sententiæ sunt grauissimæ, Si quis Ecclesiam audire noluerit, sit tibi velut Ethnicus & publicanus. Item: non deserentes congregationem nostram. Item: qui non est mecum, contra me est. Certum est igitur eum excidere gratia DEI, nec partem habere in regno Christi, qui deserit veræ Ecclesiæ societatem. Sed scelerate faciunt Pontifex Romanus, eiusq; satellites, Episcopi & monachi, quod cùm infestissimi sint doctrinæ Christi hostes, & immani odio persequantur viua Ecclesiæ membra: tamen ad tegendam suam turpitudinem, & ad turbandos simplicium animos, sanctum Ecclesiæ nomen sibi vendicant. Matth. 18 Hebre. 10. Luc. 11.

Vt ergo piæ mentes eiusmodi Pontificiorum clamores, quod subindè vociferantur se esse Ecclesiam Catholicam: quodq; contendunt, non licere ipsorum

decretis,

decretis, vtpote ab Ecclesia profectis, resistere, aut contradicere: quod gloriantur se esse successores Apostolorum, in quos non poßit vllus cadere error, in fide: constanter poßint contemnere, & solidè refellere, non solùm vtile, sed & necessarium est, in conspectu habere Papistarum errores, idola, abusus, blasphemias, & turpißimas superstitiones, plusquam Ethnicas: quæ quo manifestius pugnant cum scriptis Propheticis & Apostolicis, hoc demonstrant euidentius, Romano Pontifici, & eius Episcopis nihil commune esse cum sancta IESV Christi Ecclesia: Imò pro infensißimo hoste Ecclesiæ, & ipsißimo Antichristo agnoscendum esse.

Adhæc negari non potest, Sathanam totis viribus in hoc incumbere, vt perniciosos errores gladio verbi diuini iugulatos, & ex Ecclesia exterminatos, quasi ab inferis reuocet, & nouis coloribus indutos in Ecclesiam clam reducat.

Non postremum fulcrum Papatus est impia doctrina, quæ adserit hominem libertate arbitrij sese ad gratiam applicare posse: hinc enim extruitur doctrina de merito congrui, de iusticia operum, de neceßitate bonorum operum ad salutem, & multa alia. Etsi autem sanctæ memoriæ Lutherus validißimis sacræ scripturæ testimonijs impiũ illud dogma deiecit, excidit, deleuit, oppreßit, & procul ab Ecclesiæ finibus arcuit: tamen nunc magna audacia reuehitur in Ecclesiam, collocatur in suggestũ, & tantùm non adoratur hoc idolum: vestitur etiam scripturæ authoritate.

Sic

Sic magno labore & opera Lutheri & aliorum piorum doctorum profligatus & funditus euersus fuit error de necessitate bonorum operum ad salutem: & contrà illustrata atq; probè munita fuit doctrina, quod iustificetur homo coram DEO *sine operibus legis, sola fide. Sed nunc non veretur Sathan veterem & dudum protritum errorem resuscitare, & plenis buccis docere: bona opera adeò necessaria esse ad salutem, vt nemo sine ijs iustificari aut saluari possit.*

Cùm ergo non desistat Sathan pontificios errores, qui sunt fundamentum papatus, quamuis euidentissimè refutatos, explosos, protritos, & damnatos in ipsam sedem Ecclesiæ reducere, ipsa necessitas postulat, ne veteres errores obliuioni tradamus, perinde ac si nihil ab eis amplius periculi immineret: sed sæpè eos intueri oportet, & auditores de indefesso studio, & perpetua fraude Sathanæ insidiantis commonefieri.

Volui igitur hoc meo labore seruire & gratificari pijs pastoribus, & fidelibus Ecclesiæ Christi ministris: quorum munus est, non tantùm recta & vtilia de DEO, *& vita æterna populum docere: verùm etiam errores grassantes in Ecclesia refellere, ora hæreticis obstruere, & rudem plebem diligenter monere, vt Pseudoprophetas vitent. Hoc verò officium à* DEO *ipsis mandatum, qua debent fide præstare nequeunt, nisi intelligant, quid Pontificij & alij hæretici doceant. Clamores certè eorum, qui in Romanum Pontificem,*

ficem, Episcopos, & monachos, magna vehementia inuehuntur: nec tamen ostendũt, quos articulos corrumpant Pontificij, qualia defendant dogmata, neq; solidis testimonijs scripturæ refutant eorum idola & errores, vt parum adficiũt plebem: ita minimè probandi sunt. Pontificum Romanorum & monachorum est, non piorum pastorum, tantum anathemata crepare sine omni fundamento doctrinæ: Homines seriò sitientes veritatẽ atq; salutem erudiri cupiũt: volunt intelligere causas falsitatis: quærunt perspicuas refutationes errorũ, & solida fundamẽta veræ sententiæ.

Habent ergo Pastores in hoc prolixo Cathalogo, qualia sint Pontificiorũ dogmata de præcipuis articulis fidei: & ne quis calumniari possit, confingi ista in ipsorum inuidiam, authores, libri, & singula loca indicata sunt: Antidota adiuncta, aliqua testimonia pastoribus ad refutationem suppeditare possunt: Sed plenior refutatio ex alijs scriptis nostrorũ est petenda.

His de causis & hoc consilio hos sexcentos errores Pontificios collegi, & spero me Ecclesiæ Christi gratum & vtile officium præstitisse. Philastrius olim Episcopus Brixiensis, vt testatur Augustinus, annotauit sectas in orbe, cum ante, tum post Christum, 156. Epiphanius tribus prolixis voluminibus recenset 80. sectas, quæ Ecclesiam turbârunt vsq; ad sua tempora. Augustinus etiam ad quodvult DEVM compendio collegit, quæ apud Epiphanium inuenit. Et Theodoretus Cyri Episcopus scripsit compendiũ hæreticarum fabularum. Ac sanè nemo pius tam tetra & abomi-

nanda portenta errorum, quibus blaſphemi iſti homines ſacroſanctum DEI nomen conſpurcârunt, ſine horrore animi legere poteſt. Quod ſi verò omnium ſectarum etiam diuerſißimarum omnes errores colligas in aceruum vnum, nō tamen inuenies tam ingentem molem mendaciorum, atq; in ſolo papatu, qui fingendi, errandi, mentiendi, & blaſphemandi libidine & proteruia, non ſolùm ſingulas, easq; peßimas ſectas, vt Arrianam, Manicheam, Sabellianam, Gnoſticorum, Nicolaitarum, Pelagianam, Neſtorianam, & ſimiles: ſed omnes & vniuerſas longè ſuperauit, ita vt ſi quis adhuc dubitet, num Pontifex Romanus cum ſuo regno & ſatellitio ſit Antichriſtus, de quo Chriſtus & Apoſtoli ſunt vaticinati, eũ neceſſe eſt leberide caciorem, & in reprobum ſenſum datum eſſe.

Cùm Martinus Lutherus anno 37. ex conuentu Smalcaldico ob calculi morbum diſcederet, currum aſſcenſurus, his verbis valedixit Theologis, & amicis: Impleat vos DEVS benedictione ſua & odio Papæ, & D. Pontano Cancellario per miniſtrum nunciari iuſſit, ſe precari ei omnia fœlicia, & inprimis vt diſceret noſſe Papam.

Mirantur homines Politici nouum & inuſitatũ genus ſalutationis, ac ſuſpicantur illud ex quadam animi intemperie, & priuato erga Papam odio profectam eſſe. Sed re vera magnus ille vir Lutherus grauißimas habuit voti ſui cauſas: vt magna luce Spiritus Sancti & ſingulari zelo pietatis præditus fuit, ita propius ille quàm alij vel Theologi vel politici adſpexit

spexit abominanda idola, nefandos errores, & immanem blasphemiarum molem, quam Papatus circumfert & obtrudit mundo: attentius vir ille expendit ineffabilem iram DEI, quæ permisit Antichristo tanta vi mendaciorum, tantaq; carnificina conscientiarum grassari in mundo, vt hoc modo contemptus Euangelij puniatur. Itaq; iudicauit quemadmodum ad agnoscendum spirituale regnum Iesu Christi, & desiderandam salutem per Christum partam, opus est nosse tyrannidem, dolos, & potentiam Sathanæ, ita ad intelligendam doctrinam Euangelij, & grato animo accipiendum beneficium hoc immensum, quo ex tenebris Papatus erepti sumus, necessarium est nosse Romani Pontificis errores, blasphemias, idola, tyrannidem, & impudentissima mendacia. Non immeritò igitur Lutherus suis amicis optauit agnitionem & odium Papæ. Nam quò propius quis intuetur blasphemias Papæ, & ardentius detestatur eius idolomaniam, eò haud dubiè & rectius intelliget, & pluris faciet beneficia Christi. Ac profectò si quis reuelato nunc Antichristo, & patefacta Rom. Pontificis turpitudine, non ex animo odit & detestatur Papam, vt hominem peccati, & aduersarium Christi, eum necesse est, nullum veræ pietatis gustum percepisse, & procul abesse ab eo zelo, quem Dauid de se testatur, & in omnibus verè addictis Christo desiderat. Nónne qui oderunt te Domine, oderam: & insurgentes contra te, abominabar. Perfectò odio oderam illos, ideò inimici facti sunt mihi.

Psalm. 193.

Cum

Cùm autem huius mei Catalogi Patronum quæ-rerem, tua Celsi. inclyte Baro mihi occurrit, cui hunc meum laborem dedicandum esse putaui: scio enim tuam Celsi. magno studio inquirere solida fundamenta nostræ religionis, & toto pectore abhorrere ab erroribus & idolis Romani Pontificis, eaq́ꝫ seriò detestari, vt quæ æternum DEVM contumelia afficiunt. Nec mihi dubium est, quin odium erga Papam eiusq́ꝫ Sathanicam tyrannidem lectione huius libri & in tua Cels. & alijs pijs incrementa sit sumpturũ. In me sanè fateor ipsa collectione errorum ad vetus odium Papæ, quod in me Spiritus sanctus accendit, nõ parum accessisse, adeò vt toto pectore ipsum execrer. Quòd si vicissim mihi & alijs pijs irascitur Rom. Antichristus, hoc ipsum nobis gratulari debemus. Nã displicere impijs non postrema laus est. Dominum Iesum Filiũ Dei protectorem suæ Ecclesiæ, qui spiritu oris sui conficiet, & claritate aduentus sui abolebit Antichristum, toto pectore precor, vt quod cœpit, pergat delere & penitus excindere regnum Papæ, cum omnibus erroribus, idolis, & blasphemijs: in nobis verò augeat agnitionẽ suorũ beneficiorũ, exuscitet firmam fidem, & accendat alacrem gratiarum actionem, pro hoc immẽso beneficio, quod hoc nostro seculo detexit fraudes Papæ, & nos ex eius tyrannide liberauit: Idem faciat, vt per fidem salutem æternã adipiscamur, & eum in omni æternitate celebremus. Ienæ 7. Martij. M. D. LXXII.


Celsit. T.

reuerenter colens,

TILEMANVS HESHVSIVS.

CAPITA CONTROVERSIARVM QVÆ SVNT ECCLESIAE IESV CHRISTI, AMplectenti Augustanam confessionem cum Pontificijs Idolatris.

De



SEXCENTI ERRORES ET BLASPHEMIÆ, QVAS ROMANA PONTIFICIA ECCLESIA contra DEI Verbum furenter defendit.

IN Apocalypsi legimus: Datum esse bestiæ os loquens magna & blasphemias: Et bestiam aperuisse os suū in blasphemiā contra DEVM vt blasphemijs adficeret nomen eius, & eos qui in cœlo habitant. Et Paulus in Spiritu sancto prædicit: propterea mittit illis DEVS efficacem errorem, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati. Hæc sine omni dubitatione de horrendis ac innumeris erroribus ac blasphemijs nefandis, quibus Romani Pontifices eorumque satellites Christianam religionem conspurcârunt, & vniuersum mundum impleuerunt, sunt intelligenda. Quòd si enim integram Ecclesiæ historiam, inde à temporibus Apostolorum ad nostra vsq; tempora co-

cap. 13.

2. Thes. 2.

gitatione percurras, plurimas quidem ſe-ctas animaduertes, quæ DEVM horribili contumelia adfecerunt, & errores abominandos, de varijs articulis, immani audacia finxerunt: nullam tamen inuenies, quæ tam immenſum pelagus errorum & blaſphemiarum omnis generis euomuerit in DEVM, ipſius ſacroſanctum verbum, & Eccleſiam Sponſam Chriſti, atq; Sathanæ celeberrima officina Romana curia. Hæc enim proiecto omni pudore & reuerentia nominis diuini ex plenitudine poteſtatis permiſit ſibi debacchari in ſanctum nomen DEI plenis buccis. Nulla potuit tam tetra blaſphemia excogitari à Sathana, quam non & audaciſsimè defenderit. Vt quicquid paſsim in varijs regionibus eſt ſordium, tandem per diuerſa flumina in mare vnum deportatur: Ita quicquid errorum & blaſphemiarum in varijs ac diuerſiſsimis ſectis reperitur, totũ id confluxit in Romanam colluuiem. Non eſt dubium quin cœlum ipſum obſtupuerit iamdudum ad tam abominandas Pontificiorum blaſphemias. Atq; hinc æſtimemus immenſam DEI iram aduerſus cõtemptum ſacroſancti Euangelij. Hæc eſt enim pœna omniũ grauiſsima, quãdo mittit efficaces huiuſmodi errores, & percutit homines mentis cæcitate atq; amentia, vt errores bardiſsi-

bardiſsimos pro ſumma religione exoſcu-
lentur. Sunt etiã hæc poſtrema mundi tem-
pora, in quibus Sathan omnem ſuum furo-
rem aduerſus Eccleſiam effundere conatur.
Ac vt in Apocalypſi eſt, Draco aperit os ſuũ, *Apoc. 12.*
& euomit immenſam vim aquarum, tan-
quam flumen, nimirum Pontificios errores,
vt ſubmergat mulierem Eccleſiam. Sed ter-
ra ſuccurrit mulieri, aperuit os ſuum, & ab-
ſorbuit flumen. Quod miraculum cum no-
ſtra memoria in conſpectu noſtro contige-
rit, grato pectore agnoſcere & lætis vocibus
celebrare debemus. Nam inter inſignia &
præclara DEI beneficia, quæ æternus DEVS
immenſa ſua bonitate aſsiduè confert Eccle-
ſiæ ſuæ, meritò numeramus & prædicamus
Romani Antichriſti patefactionem, & hor-
ribilium errorum & blaſphemiarum eius re-
uelationem & refutationem. Cumque in
collocando hoc ingenti beneficio æternus
DEVS & Pater Domini noſtri IESV Chri-
ſti, vſus ſit ſalutari organo ſuo, Martino Lu-
thero fœlicis memoriæ, patre & præceptore
noſtro, Eccleſia Chriſti eius viri memori-
am haud dubiè in omni æternitate conſer-
uatura eſt.

Hic verò iam cogitent illi, qui Pontificiæ
turpitudini luce verbi diuini detectæ adhuc
quæſitis vndecunque coloribus contra con-

ſcientiam patrocinantur, quàm graue & horrendum coram tribunali DEI ſubituri ſint iudicium. Cogitent etiam hîc omnes, qui adhuc characterẽ beſtiæ gerunt quæſtus cauſa, etiamſi improbent errores & abuſus: vel qui Pontificijs ſeſe adiungunt, diſsimulant ipſorũ errores, & colludunt cum ipſis, quàm tetris & horrendis mendacijs ac blaſphemijs in DEVM communicent. Hoc ſanè certiſsimum eſt, quod ſi quis perlectis & attentè conſideratis his ſexcentis & amplius erroribus & blaſphemijs Pontificiorum non toto pectore ardet odio Romani Arctolyci, vt declarati & cõuicti Antichriſti, eumq; cum toto ſuo Pontificio regno à Sathana conſtituto non deteſtatur: in eo neceſſe eſt, ne vnciam quidem veræ in DEVM pietatis exiſtere, neq; eum vel tenui cura æternæ ſalutis tangi. Sed nunc proferamus in medium errores & blaſphemias Pontificiorũ, idq; ipſorum verbis, citatis authoribus, libris, locis, ac paginis, ne quis ſuſpicari poſsit, quidquam à nobis per inuidiam in ipſos confictum eſſe.

I. LOCVS.

DE SACRA SCRIPTVRA

Errores Pontificiorum.

Pontificij docent, non esse solũ DEI verbum quod in Sacra scriptura continetur, sed etiã patrum traditiones, licet hæ nullo nitantur testimonio scripturæ, pro certo DEI verbo habendas esse. Catechismus Romanus pag. 12. omnis doctrinæ ratio, quæ fidelibus tradenda sit, verbo DEI continetur, quod in scripturam traditionesq; distributum est. Lindanus lib. 1. cap. 1. Docent Catholicæ Ecclesiæ Christi aduersarij: verbum DEI solis Sacræ scripturæ limitibus esse comprehensum, finibusq; inclusum: nec quicquam præterea pro verbo DEI Christianis agnoscendũ, quod non in sacris literis cõtineatur, quod initio à veritate esse longè alienissimũ demonstrabimus. Duplex esse DEI verbum, scriptum & non scriptũ. Soto asserit Catol. de memoria defuncto. I.

Adserunt Pontificij Sacris literis non omnia contineri, quæ ad salutem scitu necessaria sunt. Lindanus lib. 1. cap. 1. Adnotârat Petrus à Soto. Non omnia fidei Christianæ dogmata scripturis esse comprehensa, sed quædam Apostolos posteris viua voce tradidisse, II.

diſſe, quæ non minorem, quàm quæ ſcripta ſunt, habeant authoritatem. Andradius Payua lib. 2.

III. Contendunt Sacram ſcripturam minimè ſufficere ad refellẽdas omnes hæreſes. Lind. lib. 1. in præfa. Nam quod nonnullis probatum video conſilium, ſcripturarum meris teſtimonijs hæreſes eſſe refellendas, nobis ſufficere minimè videbatur.

IIII. Adſerunt Sacram ſcripturam eſſe difficilem & obſcuram. Petrus à Soto in ſcholijs de Sacra ſcriptura. Quare multa in ea & difficilia & obſcura: partim hoc ipſum intendente Spiritu ſancto, ad exercendos pios & repellendos impios: partim permittente malitiæ hominum conſtat inueniri. Lind. lib. 1. cap. 10. In parabolis os meum aperiam, loquar ænigmata: quod eſt, proponã populo meo Iudaico obſcuratiſsimam & prouerbialem, imò ænigmaticam planè doctrinam. Item: Cenſura colo. pag. 9. Difficiles quippe eſſe ſcripturas Sacras, neſcio quis ſanæ mentis id inficiari poſsit, docet id totum vetus inſtrumentum.

V. 1. Blaſphemo ſtylo ſcribunt Pontificij Sacram ſcripturam eſſe dubiam & incertam, & ſimilem plumbeæ regulæ, lesbiæ ædificationis, quæ variè inflecti poſsit, atque ideò ſcripturæ propter obſcuritatem & flexibilitatem

tem opus esse alia certa & inflexibili norma & amussi, traditione scilicet Ecclesiastica. Soto in defensione, de vno præsente iud. Sit nobis hoc certissimè constitutum, scripturam dubiam esse. pag. 1087. Albert. Phigius de Hierarchia Ecclesiæ lib. 1. cap. 4.

2. Item: Scripturá ob facilem eius in varias sententiarum formas flexum rectè naso cereo fuit adsimulata. Linda. in præfat. Censura colo. pag. 117.

3. Item: Sacram scripturam esse mutum magistrum. Linda. libro primo cap. 17. Soto defensione 3. Scriptura manet mortua, nec respondet, nec se explicat, sed quolibet in suam sententiam se trahente, non quæritur nec respondet, certè tanquam mortua scriptura.

4. Item: Sacram scripturam esse Euangelij accidens. Lind. lib. 1. cap. 15.

5. Item: Omnem scripturam, & quicquid exterius proponitur, pertinere ad literam occidentem. Petrus à Soto in scholijs de Eucharistia.

6. Item: Quando authoritas Ecclesiæ Sacram scripturam deserit, tum eas valere quantum fabulæ Æsopi. Vvolffgangus Hermannus.

7. Item: Sacram scripturam esse materiem

riem litis, Pontificij palàm adſeuerârunt in colloquio Vvormatienſi, Anno 59.

VI. Manifeſtus & non tolerandus error eſt, quod Pontificij ſuo arbitrio Sacræ ſcripturæ canonē dilatant,& Apocrypha, de quorum authoribus non conſtat Eccleſiæ: & quos libros Orthodoxi patres libero iudicio à Canonica ſcriptura Spiritus ſancti ſeparârunt, apoſtolicis literis adæquant, videlicet Tobiam, Iudith, Sapientiam, qui dicitur eſſe Philonis Iudæi, Eccleſiaſticum, Baruch, ſecundum Maccabeorum, Apocalypſin Iohannis: de quibus ſic pronunciat Tridentina ſynodus, ſeſsione quarta: Si quis autem libros ipſos integros, cum omnibus ſuis partibus, prout in Eccleſia Catholica legi conſueuerunt,& in veteri vulgata latina editione habentur, pro ſacris & canonicis non ſuſceperit, anathema ſit.

VII. Vetant Pontificij ne ex fontibus Hebraicis vel Græcis natiua Prophetarum & Apoſtolorum ſententia eruatur: Et iubent veterem vulgatam verſionem latinam, licet ea plurimis in locis ſit mendoſa, in publicis lectionibus, diſputationibus, & prædicationibus pro authētica haberi,& à nemine eam quocunque prætextu reijci volunt. Trident. Concil. ſecundo edicto, 4. ſeſsione.

VIII. Horrenda ſæuitia prohibent, ne populus

lus vernacula lingua legat Biblia, & contendunt hanc libertatem nō esse concedendam laicis. Censu. colo. pag. 19. Igitur quod veteres interpretes ob idiomatis ignorationem, quo scripserūt, intelligit, nec ocio abundat, vt quæ alij interpretati sunt, colligat, nec iudicio valet sana à prauis discernendi meritò à scripturarum maximè difficiliorum lectione prohibetur.

Palàm sine omni verecundia affirmant, nullam extitisse hæresin, quæ non ex Sacris scripturis occasionem acceperit. Censu. colo. pag. 27. Imò vt audentius dicamus: nulla vnquam hæresis reperta fuit, quæ non ex scriptura occasionem acceperit. Non igitur solùm periculosam, sed & perniciosam esse iudicat Pontificij Sacrę scripturæ lectionem. IX.

Contendunt præterea naturam verbi Euangelici à scripto & literis planè abhorrere. Linda. lib. 1. cap. 23. & Soto defensi. de vno Cathol. iudice. quanto sit remotius à scriptura, imò etiam ab omni vocali verbo. X.

Addunt ad Sacram scripturam in disputationibus de religionum controuersijs non esse prouocandum, neq; in his constituendum certamen, in quibus aut nulla aut incerta sit victoria, quæ Tertulliani sunt verba: sed à Pontificijs longè aliò contorquentur, quàm Tertullianus sensit. Lind. lib. 2. cap. 4. XI.

Item

Item: Quod Sacra ſcriptura authoritatem habeat non à ſeipſa, ſed ab Eccleſia, atq; huc allegant Auguſtini dictũ: Euangelio non crederem, niſi me Catholicæ Eccleſiæ moueret authoritas. Phigius de Eccleſiaſt. Hierarchia. Soto defenſ. de vno præſente iudice. Dicamus igitur modeſtius, ſine authoritate Eccleſiæ ſcriptura Sacra non habet authoritatem, hoc certiſsimè fatemur.

XIII. Quòd Sacræ ſcripturæ ſenſus natiuus, verus, & indubitatus ab Eccleſia Catholica ſit petendus. Lind. lib. 3. cap. 7. Et Andradius inquit lib. 2. Diſputationis fructus minimè conſtare poteſt, ſi ſanctorum patrum ſententijs tanquam veriſsimis & ſapientiſsimis iudicibus ſemotis, ſola flexibili ſcriptura, cùm quoq; de religione agatur.

XIIII. Sacram ſcripturam finaliter in ſui expoſitione reſolui in authoritatem & conſuetudinem vniuerſalis Eccleſiæ. Gerſon.

XV. Sacram ſcripturam ad tempus adaptari, & variè intelligi, ita vt vno tempore ſecundum currentem vniuerſalem ritum exponuntur: mutato verò ritu iterum, mutari ſententiam. Nicol. Cuſa. ad Bohemos, epiſt. 2.

XVI. Fatuum eſſe argumentum, vniuerſalem ritum Eccleſiæ ex ſcripturis prædeceſſorum velle redarguere. Nicolaus Cuſa. epiſt. 2. ad Bohemos.

Sacram

Sacram ſcripturam non ſemper fuiſſe: XVII.
atq; ideò nō neceſſariam omninò ad fidem.
Petrus à Soto defenſione de vno præſente
Iudice, pag. 1078. Multo etiam minus in noua lege ſcripturam Sacram eſſe neceſſariam, & poſt Chriſtum, quàm anteà.

Tanto verbum DEI dignius à DEO tradi, quanto remotius ab omni ſcriptura, imò etiam ab omni vocali verbo. Pet. à Soto defenſ. de vno præſente iudice, pag. 1080. XVIII.

Non eſſe Euangelici Spiritus ſoli Sacræ ſcripturæ intentum eſſe. Soto in ſcholijs de purgatorio. XIX.

Maieſtatem Sacræ ſcripturæ tranſlatione in barbaras linguas imminui & in contemptum venire. Soto in adſert. Cathol. de horis Canon. XX.

Pontificij Sacra Scriptura abutuntur ad magiam: ſcribunt enim Euangelium Ioannis in charta, item agnus DEI, & adpendunt collo, vt depellat ritum gladiorum, inſultus Sathanæ, morbos, & ſimilia. XXI.

Euangelium Ieſu Chriſti non egere ſcriptura neceſſariò: ſed natura infuſum eſſe cordibus per Spiritum Sanctum. Soto defenſione de vno præſente iudice. Nos meritò dicere poſſumus, legē gratiæ, teſtamentūq; nouū non neceſſariò egere vllis literis, ſed natura ſua infuſum cordib. per Spiritum ſanctum. XXII.

Apo-

XXIII. Apoſtolos non tradidiſſe fidem per ſcripturas, ſed per vocalem impreſsionem breuiſsimi Symboli.

ANTIDOTVM.

Singulorum errorũ iuſtas refutationes iam nõ inſtituo, ne ſcriptio hęc in im̃enſum excreſcat. Neq; ideſt huius loci: hoc enim ſolũ hîc ago, vt indicatione errorũ & blaſphemiarum, quæ pertinaciter à Pontificijs defenduntur, ipſorum Eccleſiam non Chriſti, ſed Sathanæ eſſe demonſtrem. Ne tamen pij lectoris animus tanta blaſphemiarum multitudine offendatur: aut periculi aliquid ex conſideratione tot errorum pertimeſcat, viſum eſt Antidota quædam ſubijcere. Opponimus igitur Pontificũ blaſphemijs, quibus Sacram ſcripturam conſpurcant Apoſtoli Pauli vocem:

2. Tim. 3. Omnis ſcriptura diuinitùs inſpirata, vtilis eſt ad doctrinam, refutationẽ, correctionem, inſtitutionem, in iuſticia, vt paratus ſit homo DEI ad omne opus bonum inſtructus. Neceſſe igitur eſt omnia, quæ ad noſtram pertinent ſalutem, in Sacra ſcriptura

Ioan. 5. contineri. Chriſtus inquit: Scrutamini ſcripturas, ipſæ enim de me teſtimonium perhibent. Non igitur arcendum eſt vulgus à

Pſalm. 19. lectione Sacræ ſcripturæ. Lex Domini, inquit

quit Dauid, immaculata: recreans animas: Teſtimonium Domini fidele: ſapientiam præſtans paruulis. Mandata DEI recta, lætificantia cor: præceptum Domini lucidum, illuminans oculos. Timor Domini purus, permanens in ſeculum ſeculi: iudicia Domini vera: iuſtificata ſimul. Hoc illuſtre teſtimoniũ Prophetæ de Sacra ſcriptura, vniuerſas Pontificiorum blaſphemias proterit atque retundit.

II. LOCVS.

DE TRADITIONIBVS

Errores Pontificiorum.

POntificij docent, & veluti fundamen- I.
tum ſuæ Papiſticæ religionis hoc tem- 24.
pore ponunt, Traditiones non ſcriptas, ab Apoſtolis, pari pietatis adfectu & reuerẽtia, cum Sacra ſcriptura ſuſcipiendas, & pro certiſsimo DEI verbo habendas eſſe. 1. decret. ſeſs. 4. Trit. Concil.

Adſerunt imprudenter, traditiones non II.
ſcriptas eſſe firmum, certiſsimum, & indubitatum fidei noſtræ fundamentum. Lind. lib. 1. cap. 4.

Ipſius etiam Sacræ ſcripturæ authoritatem non conſtare: Sed euaneſcere penitus,

& in vanissimos fumos solui: fidemq; scripturæ futilem & friuolam esse: nisi eam traditio in fundamentũ stabiliat: Linda.lib.1. cap.4.&5.

III. Romanæ Ecclesiæ consuetudines certissimas esse Apostolorum traditiones. Hosius de expresso DEI verbo.

IIII. Traditiones quæ titulo Apostolorũ à patribus citãtur pro fidei articulis habẽdas esse.

Traditiones, inquiũt patres in Trident. Concilio, tum ad fidem tum ad mores pertinentes, tanquam vel à Christo, vel à Spiritu sancto dictatas, pari pietatis adfectu suscipit Ecclesia.

V. Apostolos quædam fidei dogmata tradidisse viua voce, & commendasse Ecclesijs quæ tamẽ perituris chartis cõmittere noluerint. Lind.lib.1.cap.10. Apostoli, inquit, præcipua quædã capita fidei noluerunt papyro & atramento peritura credere: sed fidelibus Christianorũ cordibus perpetua cõmiserunt.

VI. Contẽdunt item Põtificij, quod traditio
29. sit antiquior & efficacior Sacra scriptura. Soto in confessione Cathol. de Eccle.pag.138.

ANTIDOTVM.

Sciat pius Lector, Pontificios hoc consilio Sacram scripturam de gradu suæ dignitatis deijcere, deque ea contumeliosè loqui.

Tradi-

Traditiones verò in Cœlum vſque attollere, nimirum ne manifeſtiſsimis Sacræ ſcripturæ teſtimonijs refutentur, & in anguſtias redigantur: prætextu verò non ſcriptarum traditionum, omnis generis idola, errores, blaſphemias, ſuperſtitiones, ritus, & quæuis noua dogmata & excuſare & defendere, & fingere poſsint. Validiſsimum enim apud Pontificios probationis genus eſt. Traditio eſt, nihil amplius requiras. Hæc terribilis gorgon non permittit vt quiſquam vlterius inquirat fundamenta ſolida veritatis. At Apoſtolus Paulus vaniſsimum figmentum traditionũ prorſus explodit ex Eccleſia, & mo- *Coloſ.2.*
net vt has Sathanæ præſtigias caueamus. Videte, inquit, ne quis vos deprædetur per philoſophiã & inanem deceptionẽ, iuxta traditionem hominũ. Item: ne citò dimoueami- *2.Theſ. 2.*
ni à mente, neq; turbemini, neq; per Spiritum, neq; per ſermonẽ, neq; per epiſtolam tanquã à nobis miſſam. Item: Ieſaias inquit: *Eſaie 8.*
ad legẽ & teſtimoniũ magis, &c. Non igitur hominum figmentis in cauſa religionis ſine ſcripturæ teſtimonio fidendũ eſt, omnibus. n. ætatibus multi reperiũtur in Eccleſia κακοὶ ἐργάται, ἔχοντες μόρφωσιν εὐσεβείας, τὴν δὲ δύναμιν αὐτῆς ἠρνημένοι: qui ſua figmenta & præſtigias Apoſtolorum ſpecioſo titulo mundo venditare non verentur.

III. LOCVS.

DE LEGE

Errores Pontificiorum.

I. Legis diuinæ doctrinam, quæ est Pæda-
30. gogia in Christum, & dum conscientiæ
vulnera monstrat, impellit eam ad quæren-
dum mediatorem, multipliciter deprauant
Pontificij. Primùm horribili impudẽtia ad-
seuerant, quòd Lex, quæ iubet, vt DEVM ex
toto corde, & ex tota anima, & totis viribus
diligamus, nos in hac vita non obstringat:
sed tantùm doceat, quò contendere & niti
debeamus, & quales in altera vita simus fu-
turi. Hæc disertè ponit Linda. lib. 3. cap. 19.
Quod igitur ad Legis vsum attinet, illud est
cum primis animaduertendum, nõ esse De-
calogum hominib. à DEO præscriptum, vt
omni eum ex parte in hac vita præstent, atq;
impleant perfectissimè: sed quasi scopũ esse
præfixum, in quem omnes animi, cogitatio-
nes, & cupiditates intenderentur, dirigeren-
tur, atq; destinarentur: Sicuti enim Scriptura
sacra alicubi nos exhortatur, vt sancti, vt iu-
sti, vt perfecti simus: alicubi verò ipsum fi-
nem ostendit, quo sanctè & iustè viuendo
est tendendum: Estote perfecti, sicut Pater
vester cœlestis perfectus est: ita & Decalo-
gus

gus partim monet, quid nobis hac in vita præſtandũ: partim ſublimius inuitat, & quaſi pharum in hoc mũdi ſalo præferens ipſum actionum noſtrarum ſcopum & finẽ oſtendit, quò currendum & perueniendum. Illud octo peragit mandatis: hoc verò duobus, de dilectione & concupiſcentia, quæ cùm in hac noſtra fragilitate ad plenum præſtare nequeamus, cauendũ eſt ne in illam impingamus blaſphemiã, vt Deum impoſsibile quidpiã præcepiſſe ſentiamus, hacten⁹ Lindanus. Eiusdẽ impudentiæ eſt & Andrad. lib. 5. de Lege. Neq; enim tam fuit Auguſtin. in æquiſsimum Legislatorem DEVM contumelioſus, vt ea diceret dilectionis lege homines obſtrictos teneri, quam ſeruare nemo vnquam corpore irretitus poſſet: ſed ea ſolũ DEVM prę-cepiſſe arbitratur, quæ præſtare diuinis viribus adiuti ſecundũ vitæ huius conditionem poſsemus: indicaſſe verò, quid optare, quò adſpirare, & quid conſequi tandem deberemus. Et paulo pòſt: Vnde liquet diuini amoris modos, nempe toto corde, tota anima ac omni mente ſecundum ſtatus cuiuſq; rationem fore intelligendos. Adeò petulanter eludunt diuinæ maieſtatis Legem Pontificij, ſiquidem apertiſsimè dicunt, nos in hac vita non teneri obſtrictos vt DEVM ex toto corde diligamus.

 Palàm

II. Palàm etiam adſerunt mandatum, Non cõcupiſces, nihil ad nos pertinere in hac vita. Sic enim Lindan. lib. 3. cap. 19. Mandatum, Non cõcupiſces, tametſi iuſtus Spiritu implet: carne tamẽ non implet, quę dum mortalis eſt, ſemper aduerſus Spiritũ concupiſcit. Neq; propter defectus iſtiuſmodi, cenſendus eſt aut iniuſtus, aut legem DEI non implere. Hoc enim hac prohibitione non præſcribitur vt non cõcupiſcat: id eſt, vt nulla deſideria mala habeat: ſed vt ſeſe in hoc morbo iacere inueniens, medicinam gratiæ quæreret.

III. Adfirmant etiã lege DEI non prohiberi omnia peccata: ſed eſſe quædã grauia peccata, de quibus Lex ſilet omninò. Andradius lib. 5. de lege. Quare non minoris criminis reus eſt, qui Eccle. leges violauerit, quàm ſi Chriſti ore ęditæ illæ fuiſſent ac promulgatæ.

IIII. Addunt deinde peccata illa, quæ lege non ſunt prohibita, ſed cõtra prælatos committuntur, multo eſſe grauiora, quàm quæ in lege damnantur. Andradius ibidem. Euenire autem ſæpè poteſt, vt maiori ſcelere inuoluatur, qui illas Eccleſiaſtacas, quàm qui diuinas leges perfregerit: ſi præſertim prælatorũ differentia legumque quas ſacroſanctas habere oportet petulanti contemptione feratur.

Adſe-

Adſerunt Pontificij, non omne quod lex arguit, accuſat & damnat, eſſe peccatum. Nam etſi primi motus concupiſcentiæ accuſentur à lege, tamē niſi voluntas & adſenſus accedat, non eſſe verè peccata. Itaque colo. Ieſuita. pag. 64. reijciunt regulā: Quicquid legi DEI repugnat eſſe peccatum. Et Andradius inquit: Concupiſcentiæ motus qui ex ſola corporis cōſtitutione ortum ducunt (vt libidinis prurigines ex natiuo calore excitatæ) culpa omni vacant. Catechiſmus Rom. in 9. præcepto. V.

Docent Pontificij, quòd filij non conſtringantur iniquitate parentum, niſi quatenus eā imitantur. Catechiſ. Rom. in expoſ. Decalogi: Quiſquis praui parētis iniquitatē imitatur, etiā ex eius delicto conſtringitur: Quiſquis autem parentis iniquitatem non imitatur, nequaquā delicto eius grauatur. VI.

Eadem inſania negant peccatum originis, defectum iuſticiæ & hærentem in nobis prauitatē à lege DEI accuſari: Ruardus Tappenus art. 2. de peccato originis: Malum in carne habitans nulla lege prohibetur. VII.

Præcipuum diſcrimen inter legem & Euangelium, videlicet quòd lex promittat vitam ſub conditione impletæ obedientiæ: Euangelium verò gratuitò abſque merito offerat credēti vitam, & ſalutem prorſus tol- VIII.

sunt. Verba enim illa: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata: contendunt Euangelij esse promissionem. huiusmodi vero fingunt Legis & Euangelij discrimen: legẽ quidem opera imposuisse, sed implendi ea non esse largitam gratiam. Euangelium verò non tantùm opera iniungere, sed etiam gratiam & vires addere, vt quod ex nobis nulla ratione poteramus, ijs adiuti facilè præstemus. Colo. Cens. pag. 204. Deinde hoc modo differre aiunt: quod lex communiora & faciliora præcipiat: Euangelium verò duriora & seueriora. Thomas Aquinas: Præcepta nouæ legis grauiora sunt præceptis veteris legis: quantũ ad hoc, quod in noua lege prohibẽtur interiores motus animi, qui expressè in veteri lege non prohibebantur in omnibus: & si in aliquibus prohiberentur, in ijs tamen prohibendis pœna non apponebatur.

IX. Triplicem legem faciunt Pontificij. 1. Naturalem. 2. Mosaicam. 3. Euangelicam. Catechismus Rom. pag. 117.

X. Discrimen statuunt inter præcepta & consilia, præcepta dicũt ad omnes pertinere: sed consilia ad paucos perfectiores: Et consilia, videlicet si quis irascitur fratri. Item: si quis aspexerit mulierẽ ad concupiscendum eam. Item: si quis te percusserit in dexteram maxil-

maxillam, obuerte illi & ſiniſtram. Item: vade, vende omnia: & ſimilia ſine peccato negligi & præterire poſſe. Soto. Cathol. adſertione, de Lege: Habet vera fides iuxta Propheticam & Apoſtolicam doctrinam, quædam iuberi vel prohiberi præceptis: quibus non obedire, peccatum eſt. quædam verò proponi ſub conſilio: cui non parere nullum peccatum eſt, ſed minus bonum: Obedientia verò illorum gratior, per quam videlicet ſupererogamus nonnihil his, ad quæ ex neceſsitate tenemur.

Contendunt Pontificij, Legem Dei in hac vita ab hominibus integrè præſtari poſſe. Et quidem anathema ei dicunt, Si quis adſerat, DEUM præcepiſſe impoſsibila. Andra. lib. 5. Veriſsima eſt oratio, charitatis legem ſeruari etiam à nobis perfectè poſſe, ſi ad illam legis partem qua nunc tenemur aduertas. Trident. Concil. ſeſs. 6. cap. 18. Si quis dixerit DEI præcepta, homini etiam iuſtificato & ſub gratia conſtituto eſſe ad obſeruandum impoſsibilia, anathema ſit. XI.

Addunt legis impletionem in hac vita non ſolùm poſsibilem: ſed etiam facilem iuſto. Pſalm. Catechiſ. Rom. oſtendat Parochus, legis iuſſa difficultatem non habere. idque hoc modo probant: Amanti nihil eſt difficile. Item: mandata eius grauia nō ſunt. XII.

Andra.lib.5. Ex quibus concludit Aug. diuina præcepta dici leuia: non solùm quia quicquid non fit ignoscitur: sed quia humanis mentibus plurimùm cœlestis roboris & firmitatis diuino beneficio accedit, vt seruare vniuersam Legem facilè possint.

XIII. Adfirmant insuper Legis impletionem per venialia peccata nequaquam impediri: sed eum perfectè seruare mandata DEI, qui nullum crimen mortale admittit. Andrad. lib.5. Leuia illa peccata, sine quibus humana vita non ducitur: perfectam illam obedientiam legis, quam vitæ huius ratio patitur, non euertunt. Idem eodem libro: Quis dubitare audeat, illum toto corde, ac omni mente DEVM diligere, qui nullo se nefario scelere cõtaminat. Item: Sanctè augustèque ab illis seruatur mandatum de dilectione, qui nullum crimen, quod mortale dicũt, quodque diuinæ Legi manifestè aduersatur, admittit.

XIIII. Docent ideò datam esse legẽ vt per eam viuamus, & quòd in ea omnis nostra salus consistat: quodque ad salutem sit necessaria, & sit ministratio vitæ. Trid. Concil. Sess.6. cap.7. Cùm Catechumeni petunt fidem, vitam æternam præstantem, audiunt verbum Christi: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Catechis.Rom.pag.579. Non defuerunt

fuerunt nostris temporibus, qui siue facilis siue difficilis sit lex, ad saluté tamen nequaquam necessariam esse, impiè & magno ipsorum malo dicere non veriti sunt. Colo.pag. 21. Præceptum Domini lucidum, illustrans corda fidelium: vtpote in quo omnis nostra totaque salus consistit: plenitudo autem Legis est dilectio. Andrad. lib. 5. Quamdiu Lex extremo supplicio adficiebat eius violatores, neque se obseruandi facultatem vllá largiebatur, ministratio mortis iure optimo dicebatur: & peccati tantummodò cognitionem dabat. At posteaquam iustificati sumus per redemptionem quæ est in Christo Iesu, & Lex gratiæ atque fidei esse cæpit, hoc est fide excitari atque foueri: vitæ quidem ministratio effecta est.

Item Andradius addit Legem post iustificationem non tàm peccati, quàm virium nostrarum, cùm diuina gratia reficiuntur, atq; recreantur, cognitionem præbere. Ibid. XV.

Pontificij docent, Legem DEI non tantùm in hac vita impleri ab homine posse: sed etiam plura, maiora, & sanctiora opera fieri posse ab homine, quàm Lex præscribat: adeò vt opera illa Supererogationis alijs vendi posint pro pecunia. Soto adsertione Cathol. de lege. Supererogamus nonnihil his, ad quæ ex necesṣitate tenemur. XVI.

Adfir-

XVII. Adfirmant nullā in Sacris literis extare legem, qua Adam fuerit obstrictus ad perpetuò tuendam & conseruandam iusticiam Originis. Andra lib.3. Quod si Sacrarum literarum monimenta euoluas, nullam hac de re videlicet de perpetuò tuenda & cōseruanda iusticia originis, à DEO Legem explicatè & enodatè latam fuisse agnosces.

XVIII. 47. Item: nulla nos lege teneri, vt gratiam conseruemus. Andra. lib.3. Iam etsi gratia diuinum quoddam donū sit, sicut iusticia Originalis, Illa tamen ad illos solos effectus animique ornamenta sese fundit, quæ nos diuinæ efficiunt consortes naturæ: & quæ conseruare nulla lege tenemur.

ANTIDOTA.

Non dubito quin piæ mentes cohorrescant, cùm legunt impudentissimas Pontificiorum voces, quibus petulanter Diuinæ maiestatis seuerissimæ legi insultāt, seuerum eius iudicium derident, & tantùm non pedibus cōculcant. At erit aliquando tempus, quo non licebit tàm securè fulmina Legis contemnere. Nos ergo opponimus Pontificum blasphemijs grauissima Legis dicta:

Deut.6. Diliges Dominum DEVM tuum ex toto corde tuo, & tota anima tua, & omnibus viribus tuis, & proximum sicut teipsum. Item:

Maledi-

Maledictus qui non permanet in omnibus, *Deut.27.*
quæ ſcripta ſunt in libro Legis huius. Item:
Lex eſt ſpiritualis, ego autem ſum carnalis. *Roman.7.*
ego Dominus viſitans iniquitatem patrum, *Exod. 20.*
in tertiam & quartam generationem, in his
qui oderunt me. Item: Lex non pacem, ſed *Roman.4.*
iram operatur. Neſciebam concupiſcentiam *Roman.7.*
eſſe peccatum, niſi Lex dixiſſet, Non concupiſces: hîc ſanè agnoſcit Paulus hac lege ſe obſtrictum teneri. Et Chriſtus inquit, exponens quintum præceptum: Qui dixerit fra- *Matth. 5.*
tri ſuo, fatue, reus erit incẽdio gehennæ. Hæc validiſsimè refellunt Pontificiorũ figmenta.

IIII. LOCVS.

DE PECCATO
Errores Pontificiorum.

Pontificij hoc modo definiunt plerunq; *I.*
peccatum, quod ſit vel dictũ, vel factum, *48.*
vel cupitum contra DEI Legem. Item: peccatum eſt voluntas retinẽdi vel conſequendi quod iuſticia vetat. Pet. Lomb. lib. 2. diſt. 35.

Tanquam immotam regulam vrgent, *II.*
nullum eſſe peccatum, niſi quod ſit voluntarium. Andrad. lib. 3. Vſq; adeò voluntarium eſt peccatum, vt nullo modo ſit peccatum, ſi non ſit voluntarium. Ibidem: ita enim voluntа-

luntarium in peccati ratione & essentia inest; vt par prorsusque idem futurus sit & peccati & volũtarij modus: taleque peccatũ vnum quodque sit, qualis in illo reperitur spõtanei ratio.

III. Contendunt non omnia verè & propria esse peccata quæ Lege arguuntur eique repugnant. Primos enim concupiscentiæ motus, licet accusentur à Lege, tamen nisi accedat assensus nõ esse verè peccata. Colo. cens. pa. 46. & 54. Si velit eum esse sensum, vt nec primi quidem motus concupiscentiæ in nobis citra peccati noxã esse debeant, etiamsi præter cogitationem irrepant, aperta hæresis est.

Præcep. 9. Catechis. Rom. Non ipsa concupiscendi vis, sed vsus prauæ cupiditatis nefaria est, & in peccatis grauissimis numeratur, cùm illis concupiscendis animi præbetur adsensus.

IIII. Prolixè disputat Andrad. lib. 3. Peccata dici non posse, nisi humanas actiones cum Lege DEI pugnantes, vel necessariarum functionum intermissiones.

V. Idem adserit, nulli naturæ nocere peccata, nisi sua. lib. 3.

VI. Pontificij contendunt opera non renatorum, licet ex fide non procedant, non tamẽ omnia esse peccata. Andra. li. 3. Verùm etsi fateamur eos, qui à vera & expressa DEI agnitione alieni sunt, diuinis ꝑsidijs, peculia-

ribus-

ribusq; subsidijs indigere, vt opera faciant omnis culpæ vacua: minimè tamen arbitramur, omnes illorũ actiones consultò & cum deliberatione susceptas, peccata esse. Triden. Concil. Sess. 6. cap. 7. Si quis dixerit: Omnia opera, quæ ante iustificationem fiunt, quacunq; ratione facta sint, verè esse peccata, vel odium DEI mereri, anathema sit.

DE PECCATO ORIGINIS.

Quòd non certè constet in Ecclesia quid sit peccatũ Originis. Andra. lib. 3. Admodum illustres Theologi laborant in explicatione peccati Originis, & Conciliũ Tridentinum, cùm definiret peccatum Originis, verè esse peccatum vnicuique proprium: illius tamen propriam rationem consultò silentio inuoluit: quod multò antè ab alijs factum est: quæ cùm nullam certam & expressam peccati originalis rationem tradiderint, liberum sanè cuiq; reliquerunt opinari, &c. VII.

Quòd peccatum originis sit minimum peccatum: & minus minimo peccato veniali. Quar. Tappe. de peccato origi. Rationem huius dicti adfert Andra. lib. 3. Quia in hoc peccato reperitur minima ratio voluntarij. VIII.

Docent

IX. Docent Pontificij ſcriptores, peccatum originis eſſe ſolum Adæ tranſgreſsionē, qua ipſe mandatū DEI, in Paradiſo datum violauit. Et hanc Adæ inobedientiam nec pœnæ nec culpæ rationem in poſteris habere. Ambroſius Catharinus, Albertus Phigius: Vide Tapperum.

X. Alij ex Pontificijs docent, peccatū originis tantùm eſſe debitum pœnæ, pro peccato Adæ, non culpam. Atq; ideò in paruulo recens nato, nihil inueniri, quod verè & propriè peccati rationē habeat, & quod DEVS odio habeat. Durandus. vide Tappe. de peccato orig.

XI. Rurſus palàm adſerunt, peccatum originale, non eſſe propriè peccatū. Ruard. Tapp. de peccato orig.

XII. Docent concupiſcentiam fuiſſe etiam in natura integra ante lapſum: ſed fuiſſe cohibitam per iuſticiam originalem. Catechis. Roma. pag. 848. Nam vt ſemel primus homo iuſticiā originalem, quo tanquam fræno quodam cupiditates regebātur, amiſit, minimè eas poſtea ratio ita in officio continere potuit, vt ea nō appeterent, quæ etiam rationi repugnant.

XIII. Docent quòd ſola originis labe infecti à ſenſibili pœna immunes ſint. Vide Thomam Aqui. 4. d. 16. q. 1. ar. 2.

Pecca-

Peccatum originis nulla personæ culpa suscipi. Andradius lib.3. Aliud peccatorum genus ipsius est naturæ magis, quàm personæ proprium, quod quia naturæ necessitate contrahitur, & nulla personæ turpificatę culpa suscipitur, originale dicitur. XIIII.

Concupiscentiam non esse peccatum: sed quemadmodum cursus Soli est naturalis: ita & concupiscentiam naturalem esse homini: Fran. Monachus Coloniensis. XV.

Concupiscentiam ante Baptismum fuisse & pœnam & culpam, sed post Baptismum esse tantùm pœná. Petrus Long. lib.2. dist.32. XVI.

Totum id quod habet peccati rationem, tolli per Baptismi gratiam, & concupiscentiam ita deleri, vt nec sit, nec imputetur. Trident. Concil. Sess.5. ca.5. Si quis adserit, per Iesu Christi Domini nostri gratiam non tolli totum id, quod veram & propriam peccati rationem habet: sed illud dicit tantùm radi, aut non imputari, anathema sit. Andra. lib.3. Cùm igitur in sacro lauacro iusticia nobis fuerit restituta, omnis sanè peccati ratio simul abolita & abrasa est, manentque concupiscentiarum aculei, qui nos pungãt & torqueant, nosque miseriæ nostræ admoneant: sed peccati fonte obturato & oppilato, omnis rationis peccati prorsus sunt expertes. Atq; ita quæ post Baptismum concupiscen- XVII.

D tia

tia manet, omni prorsus peccati turpitudine & ratione caret. Ibidem. Illorum qui veram & intregam fidem colunt, firmá esse & constantem sentẽtiam, baptismi vi peccata non radi, sed radicitùs extrahi & conuelli.

XVIII. Peccatum originis non indigere pœnitentia. Andra. lib. 3. Cùm medicinæ morborum generibus respondere debeant: pœnitentia verò non nisi deliberata voluntate & propria operatione suscipiatur, illis profecto peccatis accõmodata medicina erit, & necessaria, quæ propria operatione & voluntate suscipiuntur: originale verò peccatum cùm non fuerit propria voluntate, sed Adami arbitrio admissum, vt demonstrauimus, illa profectò medicina sola illi erit necessaria, quæ aliena etiam voluntate adhiberi potest, qualis Baptismus est, qui vagientes adhuc infantes originali crimine liberat: pœnitentia verò quæ propriam operationẽ necessariò exigit, etsi originali peccato adhiberi poßit, qui tamen necessariá esse ducit, originalis peccati naturã non satis perpendit: hactenus ille. Vides, pie Lector, Pontificios non solũ extenuare, sed vniuersam prorsus delere doctrinã Ecclesiæ de originis peccato.

XIX. Andradius etiam non veretur adserere: per Baptismum non solùm reatum: sed ipsam etiam turpitudinẽ tolli à concupiscen-

tia

tia.lib.3.Ac peccati ipſam turpitudinem elui & mortificari, atq; ita extingui, vt concupiſcentia peccatum propriè dici minimè poſsit.

DE PECCATIS ACTVALIBVS.

Eſſe quædam leuia & minuta peccata, in quæ quotidiè labimur, quæ tamen nos nec ſordidos, nec DEO exoſos reddunt. Colon. cenſu. 149. neque etiam perfectam & abſolutam Legis impletionem impediant. Quòd veniale peccatum ſtet cum perfecta charitate, quæ eſt nauis ſaluans. Scotus 4.d. 17. art.2. Andra. lib.5. Quocirca confiteamur neceſse eſt peccata, in quæ quotidiè etiā iuſti labuntur, iuſticiam euertere nullo pacto poſſe, ac proinde neque perfectam & abſolutam legis obedientiam quoquo modo impedire. XX.

Quòd peccato mortali debeatur ſupplicium inferni: peccatum verò veniale puniatur in purgatorio. Thomas 4. d.21. q.1. a. 3. XXI.

Venialia & leuia illa peccata, venia digna eſſe: ac in ratione venialiū peccatorum eſſe à DEO facilè condonari. And.lib.3. Quæ verò peccata non ſunt eiuſmodi, vt à DEO nos diſiungere omninò valeāt, neq; charitatem penitùs abradere: venia quidem digna ſunt: hoc eſt, quæ ijs cruciatib⁹ puniātur: qui XXII.

tia manet, omni prorſus peccati turpitudine & ratione caret. Ibidem. Illorum qui veram & intregam fidem colunt, firmá eſſe & conſtantem ſentētiam, baptiſmi vi peccata non radi, ſed radicitùs extrahi & conuelli.

XVIII. Peccatum originis non indigere pœnitentia. Andra. lib. 3. Cùm medicinæ morborum generibus reſpondere debeant: pœnitentia verò non niſi deliberata voluntate & propria operatione ſuſcipiatur, illis profecto peccatis accōmodata medicina erit, & neceſſaria, quæ propria operatione & voluntate ſuſcipiuntur: originale verò peccatum cùm non fuerit propria voluntate, ſed Adami arbitrio admiſſum, vt demonſtrauimus, illa profectò medicina ſola illi erit neceſſaria, quæ aliena etiam voluntate adhiberi poteſt, qualis Baptiſmus eſt, qui vagientes adhuc infantes originali crimine liberat: pœnitentia verò quæ propriam operationē neceſſariò exigit, etſi originali peccato adhiberi poſsit, qui tamen neceſſariā eſſe ducit, originalis peccati naturā non ſatis perpendit, hactenus ille. Vides, pie Lector, Pontificios non ſolū extenuare, ſed vniuerſam prorſus delere doctrinā Eccleſiæ de originis peccato.

XIX. Andradius etiam non veretur adſerere per Baptiſmum non ſolùm reatum: ſed ipſam etiam turpitudinē tolli à concupiſcen-

tia.lib.3. Ac peccati ipsam turpitudinem elui & mortificari, atq; ita extingui, vt concupiscentia peccatum propriè dici minimè posit.

DE PECCATIS ACTVALIBVS.

Esse quædam leuia & minuta peccata, in quæ quotidiè labimur, quæ tamen nos nec sordidos, nec DEO exosos reddunt. Colon. censu. 149. neque etiam perfectam & absolutam Legis impletionem impediant. Quòd veniale peccatum stet cum perfecta charitate, quæ est nauis saluans. Scotus 4.d. 17. art.2. Andra. lib.5. Quocirca confiteamur necesse est peccata, in quæ quotidiè etiã iusti labuntur, iusticiam euertere nullo pacto posse, ac proinde neque perfectam & absolutam legis obedientiam quoquo modo impedire. XX.

Quòd peccato mortali debeatur supplicium inferni: peccatum verò veniale puniatur in purgatorio. Thomas 4. d.21. q.1. a. 3. XXI.

Venialia & leuia illa peccata, venia digna esse: ac in ratione venialiũ peccatorum esse à DEO facilè condonari. And.lib.3. Quæ verò peccata non sunt eiusmodi, vt à DEO nos disiungere omninò valeãt, neq; charitatem penitùs abradere: venia quidem digna sunt: hoc est, quæ ijs cruciatib⁹ puniãtur: qui XXII.

tia manet, omni prorſus peccati turpitudine & ratione caret. Ibidem. Illorum qui veram & intregam fidem colunt, firmá eſſe & conſtantem ſentẽtiam, baptiſmi vi peccata non radi, ſed radicitùs extrahi & conuelli.

XVIII. Peccatum originis non indigere pœnitentia. Andra. lib. 3. Cùm medicinæ morborum generibus reſpondere debeant: pœnitentia verò non niſi deliberata voluntate & propria operatione ſuſcipiatur, illis profectò peccatis accõmodata medicina erit, & neceſſaria, quæ propria operatione & voluntate ſuſcipiuntur: originale verò peccatum cùm non fuerit propria voluntate, ſed Adami arbitrio admiſſum, vt demonſtrauimus, illa profectò medicina ſola illi erit neceſſaria, quæ aliena etiam voluntate adhiberi poteſt, qualis Baptiſmus eſt, qui vagientes adhuc infantes originali crimine liberat: pœnitentia verò quæ propriam operationẽ neceſſariò exigit, etſi originali peccato adhiberi poſsit, qui tamen neceſſariá eſſe ducit, originalis peccati naturá non ſatis perpendit, hactenus ille. Vides, pie Lector, Pontificios non ſolũ extenuare, ſed vniuerſam prorſus delere doctriná Eccleſiæ de originis peccato.

XIX. Andradius etiam non veretur adſerere, per Baptiſmum non ſolùm reatum: ſed ipſam etiam turpitudinẽ tolli à concupiſcentia

tia.lib.3. Ac peccati ipsam turpitudinem elui & mortificari, atq; ita extingui, vt concupiscentia peccatum propriè dici minimè possit.

DE PECCATIS ACTVALIBVS.

Esse quædam leuia & minuta peccata, in quæ quotidiè labimur, quæ tamen nos nec sordidos, nec DEO exosos reddunt. Colon. censu. 149. neque etiam perfectam & absolutam Legis impletionem impediant. Quòd veniale peccatum stet cum perfecta charitate, quæ est nauis saluans. Scotus 4.d. 17. art.2. Andra. lib.5. Quocirca confiteamur necesse est peccata, in quæ quotidiè etiã iusti labuntur, iusticiam euertere nullo pacto posse, ac proinde neque perfectam & absolutam legis obedientiam quoquo modo impedire. XX.

Quòd peccato mortali debeatur supplicium inferni: peccatum verò veniale puniatur in purgatorio. Thomas 4. d.21. q.1. a. 3. XXI.

Venialia & leuia illa peccata, venia digna esse: ac in ratione venialiũ peccatorum esse à DEO facilè condonari. And.lib.3. Quæ verò peccata non sunt eiusmodi, vt à DEO nos disiungere omninò valeãt, neq; charitatem penitùs abradere: venia quidem digna sunt: hoc est, quæ ijs cruciatibus puniãtur: qui XXII.

exitum aliquādo ac finem ſint habituri, Ibidem. Satis innuit in venialium peccatorum ratione ineſſe, à DEO facilè condonari, neque tantoperè cum iuſticia pugnare, quin conuenire ſimul poſsint & concurrere.

XXIII. Peccata venialia tam eſſe leuia & minuta, vt non neceſſe ſit propter illa pœnitere: ſed aqua luſtrali facilè elui poſsint. Thomas Aqui. Bonauentura, Andra. lib 3.

XXIIII. Contendunt Pontificij, diſcrimen inter peccatum mortale & veniale non in eo conſiſtere, quòd veniala peccaca tecta & condonata ſint: mortalia verò æternæ damnationi obnoxia: Sed quòd diſcrimen ſit in ipſa peccatorum natura & actione, hoc modo: quòd peccata mortalia ſint eiuſmodi vt repugnent iuſticiæ, charitati & legi diuinæ, & mereantur æternam damnationem. Venialia verò nec charitati nec iuſticiæ, nec legi aduerſentur, nec etiam mereantur mortem vel iram DEI: ſed ſunt digna venia. Andrad. lib. 3. pag. 300.

XXV. Mortale eſſe peccatum, ſi quis patrum & Papæ & prælatorum iuſſa & traditiones non obſeruet. Andrad. lib 5. Non minoris criminis reus eſt, qui Eccleſiaſticas leges violauerit, quàm ſi Chriſti ore æditæ illæ fuiſſent, ac promulgatæ.

XXVI. 73. Mariam virginem ſine peccato originis

conce-

conceptam & natam eſſe. Scotus, Concilium Baſilienſe ſeſsi. 36. Nos definimus & declaramus, doctriná illam differentem glorioſam virginem DEI genetricem Mariam præueniente & operante diuini numinis gratia ſingulari, nunquam actualiter ſubiacuiſſe originali peccato: ſed immunem ſemper fuiſſe ab omni originali & actuali culpa, ſanctamque & immaculatam tanquam piam & conſonam cultui Eccleſiaſtico, fidei Catholicæ, rectæ rationi & Sacrę ſcripturæ: ab omnibus catholicis approbandam fore, tenendam & amplectendam, nullique de cætero licitum eſſe in contrarium prædicare & docere.

ANTIDOTA.

Cùm multiplices ſint Pontificiorũ errores de peccato, ijq́; latè ſeſe diffundant: prolixiore refutatione opus eſſet, ſi id nunc ageremus. Sed nos inſtituto noſtro inſiſtimus, & lectori in conſpectum ducimus Romanæ Synagogæ venena. Antidota autẽ efficaciſsima ſunt Sacræ ſcripturæ dicta, 1. Ioh. 3. ἡ ἁμαρτία ἐςὶ ἀνομία: Peccatũ eſt, quicquid eſt contra legem Dei. Item: Rom. 7. concupiſcentiá eſſe peccatũ neſciebam, niſi Lex dixiſſet, nõ concupiſces. Ro. 14. Quicquid nõ fit ex fide, pec-

catum est. Rom.5. Quemadmodum per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatũ mors, & sic in omnes homines mors peruasit: eo quòd omnes peccauerunt. Et rursus per vnius hominis inobedientiam peccatores constituuntur multi. Rom.7. Si verò quod nõ volo hoc facio, non ego hoc operor, sed habitãs in me peccatum. Ephes.2. Eramus omnes natura filij iræ. Hæc amplissima diuinę maiestatis oracula, si quis diligenter expendat, non ei difficile erit, singulos Pontificiorum de peccato errores validè retundere.

V. LOCVS.

DE VIRIBVS HVMANIS SEV SERVO ARBITRIO

Errores Pontificiorum.

I. DE viribus hominis docent Pontificij, quòd Liberum arbitrium sit facultas rationis & voluntatis, qua bonum eligitur adsistente gratia: vel malum eadem desistente, vel: est facultas applicandi sese ad gratiam. Petrus Lombard. lib.2. dist. 24.

II. Quòd liberum arbitrium, quò ad res spirituales non prorsus sit peccato extinctũ vel sublatum: Sed tantùm fractũ & attenuatũ.

Tri-

Trident. Concil. Sess. 6. cap. 1. Tametsi in eis liberum arbitrium minimè extinctum esset, virib. licet attenuatum & inclinatum. Et rursus capite 5. Si quis hominis liberum arbitrium post Adæ lapsum amissum & extinctum esse dixerit, aut rem esse de solo titulo, imò titulum sine re, figmētum denique à Sathana inuectum in Ecclesiam, anathema sit.

Quòd homo ex puris naturalibus possit DEVM diligere super omnia. Grabriel Piel. 3. Sent. dict. 27. III.

Quòd homo existens in peccato mortali possit DEVM diligere, metuere, in Christū credere, eum confiteri quò ad Substantiam actuū. Ruard. Tapp. de lib. arb. dicit quòd responsio extendatur ad omnia præcepta virtutū Theologicarum, ita vt etiam credere, sperare, diligere DEVM, confiteri Christū, possit homo per sua naturalia, quantùm ad substantiam operum adimplere. pag. 291. IIII.

Quod gentes potuerunt eam notitiam DEI comparare ex Philosophia, quæ ad salutem satis esset, atque etiam in DEVM credere. Andrad. lib. 3. pag. 292. Quid igitur est quod priscis illis naturæ seculis, & cum nondum sese diuina bonitas, tam largè ac copiosè effuderat, non illam DEI noticiam fuisse, etiam ad salutem satis arbitre- V.

bitremur, ad quam aditus illis hominibus patere poterat? Et infrà, Fuisse quidē Christi cognitionē omnibus antè seculis ad salutem necessariam: quāuis obscurā & inuolutam, fateor: sed qui diligēter considerauerit, quàm latè pateat DEI prouidentia, & quanta cum vigilantia prouideat rebus humanis, satis intelliget, humani generis per Christū redemptionem in diuina procuratione implicatè & absconditè contineri. Quare qui hanc Dei prouidentiam perspectam habebant, & exploratam, simul sanè intelligebāt, nihil DEVM prætermissurum, vt homines sempiterna fœlicitate fruerentur, atque ita non prorsus ignorasse Christū Iesum crucifixū dicendi sunt. Et paulò pòst defendit quod Clemens adseruit: Socrati Christum non planè fuisse incognitum, pag. 295.

VI. Quòd par libertas sit à necessitate in DEO & Diabolo, in creatore & creaturis, in Angelis & hominibus, in bonis & malis, & quòd inseparabilis sit à natura intellectiua. Tappe. de lib. arb. pag. 286. Ex nunc dictis manifestū est, quòd libertas qua possumus ex nobis in opposita, velle & nō velle, sit naturalis proprietas sequens naturam intellectiuam. & ideò reperitur in DEO, angelis bonis & malis, & omnibus hominib⁹ etiam damnatis: & inseparabilis est à natura intellectiua:

lectiua: quamuis à suo vsu propter corporis indispositionem, in hominibus impediri possit: Dicit enim Bernhardus, quòd libertas à necessitate æquè & indifferẽter DEO vniuersæque tam malæ quam bonæ conueniat rationali creaturæ. Nec peccato nec miseria minuitur, nec maior in iusto est, quàm in peccatore, nec plenior in Angelo, quàm in homine. Manet ergo libertas voluntatis, vbi etiam fit captiuitas mentis: ita plena quidem in malis, quàm in bonis: sed in bonis ordinatior. Tam integra quoq; pro suo modo in creatura, quàm in creatore: sed in isto potentior.

Item: Mag. sentent. lib. 2. dist. 25. A necessitate & ante & post peccatũ æquè liberum est arbitrium. Quòd homo solis naturæ viribus VII. sine gratia & auxilio Spiritus sancti possit præstare opera placentia DEO. Andrad. lib. 3. pag. 280. Atque adeò cùm sine fide impossibile sit quemque DEO ita placere, vt sempiternis cœlestibusque præmijs afficiatur, non tamen omnia fide carentium opera, illi ita displicere existimandum est, vt crimina sint, cruciatibus supplicijsq; digna.

Synteresin esse inclinationem in volun- VIII. tate & vim naturalem, ad vitandam culpam & pœnam, & adpetendam vitam æternam. Compendium Theol. lib. 2.

IX. Synteresin totam ne in Diabolo quidem prorsus esse extinctam. Compen. Theol. li. 2.

X. Quòd in homine naturalia manserunt, & sint integra. Thomas Aquin. prima secundæ. q. 85. Dona naturalia in dæmonibus manent integra post peccatũ. vt Dio. 4. c. de diui. no. Ergo peccatum etiam bonum naturæ humanæ non diminuit. Item Gab. Biel. lib. 2. d. 26. dub. 2. Nec peccatum naturalia mutauit, licet gratuita abstulit.

XI. Quòd mens humana multa per se intelligat quæ ad cognitionem diuinarum rerum pertinent. Catechis. Roma. tale habet exordium: Ea est humanæ mentis & intelligentiæ ratio, vt cùm alia multa quæ ad diuinarum rerum cognitionem pertinẽt, ipsa per se magna adhibito labore & diligẽtia inuestigauerit & cognouerit: maximam tamen illorum partem, quibus æterna salus cooperatur naturæ lumine illustrata cognoscere nunquam potuerit.

XII. Docent quòd homo existens in peccato mortali, possit remouere obicem, hoc est, peccatum mortale: quia potest cessare à consensu & actu peccandi: imò odire peccatũ, & velle non peccare. Gab. Biel. lib. 2. d. 27. du. 4.

XIII. Quòd homo post lapsum habeat rectum lumen rationis: hoc nimirum ab Aristotele mutuati sunt. ὁ λόγος πρὸς τὰ ἄριστα παρακαλεῖ.

Quam-

Quando homo facit quod in se est, tunc DEVS necessitatur ad infusionem gratiæ. Gab.Biel.lib.2.distinct. 27.dub.4. XIIII.

Tantùm inferioris hominis potentias & partes esse corruptas, & trahi libidine & concupiscentia. XV.

Quòd homo existens in peccato mortali de congruo mereri possit gratiæ infusionem, quam vocant gratiam gratis datam. Eccius in Enchiridio de lib.arb.281. Initium salutis nostræ DEO miserante habemus. Ecce primus gradus solius DEI: vt acquiescamus salutari inspirationi nostræ potestatis est: En secundum gradum qui est liberi arbitrij:& ibi meritum congrui. XVI.

Quòd homo accepta prima gratia gratis data, de condigno mereri possit gratiam gratum facientem & vitam æternam. Gab.Biel. lib.2.dist.27.q.1. Anima gratia informata, per actum à voluntate simul & gratia elicitum, de condigno meretur æternæ beatitudinis præmium. XVII.

Quòd initium fidei à nobis sit. Gabr. Biel.lib.2.dist.27. Actus ergo meritori⁹, quantùm ad substantiam eius, intensionem & moralem rectitudinem, est à voluntate tanquam à causa prima siue principali, & à gratia tanquam à causa secunda, siue minus principali. XVIII.

Quòd

XIX. Quòd credendi arbitrium in nostra sit potestate. Tapp. de lib. arb. In potestate hominis quippe est, in melius mutare voluntatem: sed ea potestas nulla est, nisi à DEO detur. pag. 294. Item: pag. 288.

XX. Quòd homo renatus possit totam Legem DEI implere. Trid. Concil. Sess. sexta. cap. 18. Si quis dixerit, DEI præcepta homini etiã iustificato, & sub gratia substituto esse ad obseruandum impossibilia, anathema sit.

XXI. Quòd libertas arbitrij sit causa efficiens adplicationis voluntatis ad gratiam. Andra. lib. 4. pag. 359. Item: 363. Vnde colligitur efficientem causam adplicationis voluntatis ad gratiam esse arbitrij libertatem, diuinæ gratiæ firmissimis præsidijs confirmatam.

XXII. Quòd homo plus præstare possit quàm Lex Dei à nobis flagitet. Petrus à Soto, in adsertione Catholica de lege. At verò quod ad rerum externarum vsum attinet, habet vera fides, iuxta propheticam, & Apostolicam doctrinam, quædam iuberi, vel prohiberi præceptis, quibus nõ obedire peccatum est: quędam verò proponi sub concilio, cui non parere nullum peccatũ est, sed minus bonum: obedientia verò illorum gratior, per quam videlicet supererogamus his, ad quæ ex necessitate tenemur.

Quòd Perseuerantiæ gradus pendeat ex gratia DEI & libero arbitrio simul. Eccius in Enchiridio, de libro arb. XXIII. 96.

ANTIDOTA.

Apostolici sermonis gladius vnico ictu iugulat omnes errores, quos Pontificij impudenti audacia fingunt. Paulus inquit I. Cor. 2. Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus DEI: stulticia est enim ei, & non potest cognoscere. Item: Rom. 8. Sensus carnis est inimicitia aduersus DEVM: nam legi DEI non subijcitur. Item: Christus Iohan. 3. Nisi quis renatus fuerit, non potest videre regnum DEI. Item: Ioan. 6. Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum. Item: Nemo potest ad me venire, nisi datũ ei fuerit à Patre meo. Ioan. 6. Item: Nisi manducaueritis carnẽ Filij hominis, & biberitis sanguinem eius, non habetis vitam in vobis. Item: Eph. 2. Sed DEVS diues existens in misericordia, propter multam dilectionem qua dilexit nos, & existentes mortuos in peccatis viuificauit cum Christo. Item: Rom. 9. Non est volentis neque currentis, sed miserentis DEI fieri. Ioan. 1. Item: Dedit eis potestatem filios Dei fieri, qui non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis: sed ex DEO nati sunt. Item: Io. 3. Quicquid ex carne

carne natum eſt, caro eſt. Hæc diuinæ maieſtatis oracula longè aliud teſtantur de humanis viribus in rebus diuinis: nimirum quòd nullum ſit liberum arbitrium hominis, in ijs quæ ad ſalutem conſequendā pertinent: Eſt enim homo captiuus peccato, & mancipium Sathanæ: eſt hoſtis DEI & planè mortuꝰ in peccatis. Potius igitur ſeruum, quàm liberum arbitrium dicendum eſt. Vbi verò demonſtratū eſt ex verbo DEI, quòd liberū arbitrium in rebus ſpiritualibus prorſus ſit extinctum, ſua ſponte corruūt omnes reliqui errores Pontificiorum, quos plenis buccis de malè libero arbitrio impudenter decantant.

VI. LOCVS.

DE EVANGELIO ET IVSTIFICATIONE HOMInis coram DEO

Errores Pontificiorum.

Cùm Pontificij omnes penè articulos Chriſtianæ doctrinæ corrumpant, & fœdiſsimis erroribus commaculent: tùm verò inprimis hunc ſummum articulum, in quo conſiſtit ſalus noſtra, & qui eſt caput noſtræ religionis, adeò ſcelerate & tanta audacia deprauant

prauant, vt anxijs conſcientijs omnem conſolationem eripiant, & viam ad æternam ſalutem omnibus intercludant. Magna igitur diligentia hi errores notandi & cauendi ſunt.

Fingunt enim Pontificij, Euangelium I.
Chriſti de remiſsione peccatorū, eſſe nouam 79.
legem. quæ noua & quidem ſublimiora & perfectiora præcepta contineat, quàm Lex Moſis. Sic Petrus à Soto, Adſertione Cathol. de Euangelio. Credit Catholica Eccleſia à Chriſto nouam Legem datam, nouumque teſtamentū conditum: legem inquam Spiritus vitæ, à lege veteri & mortis diſtinctam, & teſtamentum æternum in ſanguine II
ſuo aliud à veteri illo teſtamento, in ſeruitutem generante. Et paulò pòſt: Hæc Spiritualia & noua, Lex & Teſtamentum continent & alia præcepta & alia ſacramenta ab his, qui erant veteris legis & teſtamēti, quib. nouis nouus populus in nouo & cœleſti politia congregatur.

Gratię vocabulū in articulo Iuſtificationis III
contendunt non ſignificare miſericordiam & fauorem DEI, gratis remittentis peccata: ſed donum charitatis per Spiritum ſanctum infuſum. Trid. concil. Seſs. 6. cap. 11. Si quis dixerit gratiam qua iuſtificamur, eſſe tantùm fauorem DEI, ſit anathema.

Eccius

Eccius in Enchirid. de lib. arb. Tertiò dicunt hoc non ſolùm intelligi de gratia, quæ eſt charitas, & gratum facit DEO: ſed etiam de motione gratuia, præuia, qua DEVS inſpirat, pulſat & vocat homines ad bonum. Catech. Roma. de Baptiſ. pag. 301. Eſt autẽ gratia, quemadmodum Tridentina Synodus, ab omnibus credendũ pœna anathematis, propoſita, decreuit, nõ ſolùm per quam peccatorum fit remiſsio: ſed diuina qualitas in anima inhærens, ac veluti ſplendor quidam & lux, quæ animarum noſtrarum maculas omnes delet, ipſasq; animas pulchriores & ſplendidiores reddit.

III. Contendunt duplicem eſſe gratiam iuſtificationis, præuenientẽ & ſubſequentem: præuenientem vocant, quod homo ſine merito à DEO vocatur, excitatur, adiuuatur: ſubſequentẽ vocant ipſam charitatem, qua informatur iuſtus. Trid. Concil. Seſsi. 6. ca. 5. Declarat præterea ipſius iuſtificationis exordium in adultis à DEO per Chriſtum Ieſum præueniente gratia ſumendum eſſe: hoc eſt, ab eius vocatione, qua nullis eorum exiſtentibus meritis, vocantur, vt qui per peccata à DEO auerſi erant, per eius excitantem atque adiuuantem gratiam ad conuertendum ſe ad ſuam ipſorum iuſtificationem eidem gratiæ liberè adſentiendo, & comparando

rando disponantur. Andrad. lib. 6. pa. 495. Nam cùm Theologi nostri, à quibus Colonienses pietatis plenissimam doctrinã hauserunt, gratiam diuidant in antecedentem siue præuenientem, & subsequentem: antecedentemque illam dicant, qua DEVS sceleratos ad iusticiam præparat & præmunit: subsequentem verò ipsam iusticiam vocent, quæ hominum animos informat & illustrat DEOQVE gratos facit, vtramq; sane gratis à DEO ob sola Christi merita conferri, certò & constanter adfirmant.

Quòd vocabulum Iustificare significet Paulo iusticiam infundere, siue iustum facere, sicuti dicimus, aquam ignis calefacit. Andra. lib. 6. pa. 452. Quare cùm Colonienses Iustificare definiunt, esse iusticiã infundere, siue iustum facere, ita cum Philosophis consentiunt, vt à Sacris literis, & à sanctis patribus nullo modo dissentire videantur. IIII. 100.

Pontificij definiunt iusticiam nostram, qua corã DEO placemus, esse mentis & voluntatis æquitatẽ legi diuinæ congruentem. Andra. lib. 6. de iustit. pa. 459. Iusticiam verò constantem esse mentis rationisq; æquitatem & moderationem, quæ omnes suas actiones & consilia diuina lege atq; voluntate metitur, Sacræ nos literæ docent. Item: Tapp. artic. 8. de Iustificatione, pa. 16. quod

iuſticia qua iuſtificamur, hoc eſt, quæ terminus eſt noſtræ iuſtificationis, ſit qualitas, à qua intrinſeca denominatione verè iuſti dicimur, quodq́; hæc qualitas vera ſit iuſticia, ſicut formaliter ſapientes ſimus, & temperati à qualitatibus, ſapientia & temperantia.

VI. Negant Pōtificij hominem gratis, Sola gratia, id eſt, gratuita DEI miſericordia iuſtificari corá DEO. Trid. Concil. Seſs. 6. Can. 11. Si quis dixerit, gratiam qua iuſtificamur, eſſe tantùm fauorem DEI, ſit anathema.

VII. Negant hominem ſola peccatorum remiſsione iuſtificari coram DEO. Trid. Con. Can. 11. Si quis dixerit, hominem iuſtificari ſola peccatorum remiſsione, excluſa gratia & charitate, quæ in cordibus eorum per Spiritum ſanctum diffundatur, ſit anathema. Andra. lib. 6. pag. 447. Cùm .n. impia Caluini veſtigia perſecutus, iuſtificationem putet in ſola ſcelerum venia poſitam eſſe, non poteſt non grauiter reprehendere Colonienſes.

VIII. Negant hominem ſola imputatione iuſticiæ ſeu obedientiæ Chriſti coram DEO iuſtum eſſe. Triden. Concil. Seſsione ſexta capite 11. Si quis dixerit, hominem iuſtificari ſola imputatione iuſtitiæ Chriſti, excluſa gratia & charitate, anathema ſit. Andra. libro 6. pag. 477. Imputatiuam iuſticiam

tiam vocat amentiſsimam inſaniam. Item: pag. 482. Noſtra certè iuſtitia non imputata, ſed vera eſſe, animumque ipſum informare debet. Item: Andra. pag. 483. Atque cùm ſuam iuſticiam non imputare nobis, ſed impartiri, noſque iuſtos non habere modò, ſed efficere voluit, tanto certè maioribus beneficijs humanũ genus cumulauit, quantum vera iuſticia imputatiuæ præſtat, quantumq; iuſtũ eſſe, excellit iuſtũ haberi. Item: Soto in ſcho. de purgat. adfirmat, iuſticiam imputatam à Catholica doctrina alienã eſſe.

Negant hominem credentem per iuſtitiam Chriſti formaliter iuſtum eſſe. Trid. Concil. Seſs. 6. capite 10. Si quis dixerit, homines ſine Chriſti iuſticia, per quam nobis meruit, iuſtificari, aut per eam ipſam formaliter iuſtos eſſe, anathema ſit. IX.

Negant homines Sola fide in Chriſtum iuſtificari coram DEO. Triden. Syno. Seſs. 6. Canone 9. Si quis dixerit, Sola fide impium iuſtificari, ita vt intelligat nihil aliud requiri, quod ad iuſtificationis gratiam conſequendam cooperetur, & nulla ex parte neceſſe eſſe, eum ſuæ voluntatis motu præparari, atque diſponi, anathema ſit. Tapp. articulo 8. pagina 66. Sed in eo diſſentimus ab aduerſarijs, quod Soli fidei (pœnitentia charitatis reliquarumque virtutum X.

operibus exclusis) initium, progressum, & consummationem, totamq; perfectionem Iustificationis ipsi tribuunt.

XI. Docent autem hominem iustificari fide quòad initium & inchoationē iustificationis attinet .Trid. Concil. cap. 8. cum Apostolus dicit hominem iustificari per fidem & gratis, ea verba in eo sensu intelligēda sunt quem perpetuus Ecclesiæ Catholicæ consensus tenuit & expreſsit: vt scilicet per fidem ideò iustificari dicamur, quia fides est humanæ salutis initium, fundamentum, & radix omnis iustificationis. Et addit Tappe pag. 95. Ex fide itaque salutis nostræ initium est per pœnitentiam: & in ea quasi quodam lumine iusti ambulāt, & perficiuntur operibus.

XII. Docent quod per opera charitatis iusticia fidei compleatur. Tappe. art. 8. pag. 96. In per opera charitatis iusticia cōpletur ex fide

XIII. Docent iustificationē coram DEO duabus constare partibus, remiſsione peccatorum & obedientia legis. Andra. lib. 6. pag. 402. Non quidem quod hic scelerum interitus omnes in se iusticiæ numeros contineat, sed quia iustificationis pars est altera: quam duabus constare partibus, remiſsione scilicet peccatorū & legis obedientia, satis ex his quæ diximus, constare puto. Item: pa. 467

Qua

Quare fœdus illud nouum cum filijs Iudæ atq; Israel Christi sanguine ictum, quo omnis iusticiæ summa continetur, duobus constare capitibus. Ieremias dixit: Primum illud est, quod DEVS omnibus scelera libenter esset condonaturus: alterum verò quod diuinam legem eorum esset visceribus insculpturus, mentibusq; impressurus. Id autem fit quãdo diuina charitas hominum animis infunditur. Alij duas iustificationis species ponunt, primam & secundã. Censura colo. pag. 148. Cæterùm iustificationis causæ, si de priori loquamur ea, qua impius fit iustus. Et paulò post: Iustificatio secunda. dubiũ non est, quin DEI gratia nobis eueniat. Sed ita vt fides & bona opera, quæ à charitate profluunt, non parum adiumenti adferant.

XIIII. Docent secundam Iustificationem quæ constistit in charitate infusa, & obedientia legis, maiorem & perfectiorem promereri iusticiam, & tandem vitã æternam. Censura Colonienf. pag. 150. Quemadmodum enim animi beneficio, quem primo nostro ortu nobis DEVS immittit, paulatim incrementum sumit homo, & in perfectiorem statum euehitur, robustiorque fit & solidior: Sic & prima illa iusticia quam in regeneratione aut animi natiuitate vnà cum charitate, spe, fideque perfecta nobis infundit

DEVS, vitæ ſtatim exercet operationem, & maius incrementum ſpiritualis vitæ animis noſtris donare ſolet, nunquam quieta continenter operatur, ſemperque nititur maiorem inducere iuſticiam, donec ex hac vita ad longè feliciorem migrare contigerit. Item: Trid. Concil. Seſs.6. cap. 10. Sic ergo iuſtificati, & amici DEI, ac domeſtici facti, euntes de virtute in virtutem, renouantur, vt Apoſtolus inquit, de die in diem, hoc eſt mortificando membra carnis ſuæ, & exhibendo ea arma iuſticiæ, in ſanctificationem per obſeruationem mandatorum DEI & Eccleſiæ, in ipſa iuſticia per Chriſti gratiam accepta, cooperante fide bonis operib. creſcunt atq; magis iuſtificantur.

XV. Contendunt iuſtificationem & ſanctificationem idem eſſe. Colo. cenſ. Sic profecto reipſa idem eſſe videntur iuſtificatio & ſanctificatio: vel ſaltem ſanctificationem illa includit. Item: Trid. Synod. Seſs.6. cap. 7. Hanc diſpoſitionem ſeu præparationem iuſtificatio ipſa conſequitur: quæ non eſt ſola peccatorum remiſsio: ſed & ſanctificatio & renouatio interioris hominis, per voluntariam ſuſceptionem gratiæ & donorum, vnde homo ex iniuſto fit iuſtus And. li.6. pag. 468. Quare nulla quidem ratione ſanctificationem à iuſtificatione ſeparare ac diſcernere

nere debemus, quin imò in ipſa ſanctificatione iuſtificatio collocanda eſt.

XVI. Docent inhærentem charitatem, & qualitates infuſas eſſe formalem noſtram iuſtitiam, qua coram DEO iuſti ſumus, & placemus ad vitam æternam. Triden. Concil. Seſs. 6. cap. 7. Demum vnica formalis cauſa eſt, iuſticia DEI, non qua ipſe iuſtus eſt, ſed qua nos iuſtos facit, qua videlicet ab eo donati, renouamur Spiritu mentis noſtræ, & non modò reputamur, ſed verè iuſti nominamur & ſumus, iuſticiam in nobis recipientes, vnuſquiſq; ſecundū ſuam menſuram, quam Spiritus ſanctus partitur ſingulis.

XVII. Docent homines varijs modis à DEO iuſtificari, non vna eademque ratione. Andra. lib. 6. pag. 504. Variè homines à DEO iuſtificari valdè eſt compertum. Quoſdam enim diuina clementia rara quadam & inſolenti miſericordia, atq; nihil minus quàm DEVM cogitantes ad ſe pertrahit, effrenato quodam & præcipiti furore inſanientem Paulum, ita DEVS iuuaſit atq; commouit, vt vnà & Chriſti vocem audiuiſſe, & iuſticiæ charitatisq; opibus exornatus fuiſſe videretur. Quandoque verò DEVS mentem diuinarum rerum contemplatione ſenſim à peccatorum ſordibus auocat, ad ſe allicit, ſuique amore inflammat, quibus omnibus charita

tis imperfectis atque inchoatis motibus ad iusticiam præparati.

XVIII. Docent quod bona opera ad salutem sint necessaria, quasi viæ mediæ per quas currimus in stadio ad propositum brauium, imò ad habendam remissionem peccatorum, & consequendam, ac etiam augendam iusticiam. Tappe. artic. 11. pa. 182. Petrus à Soto Cathol. adsertione pag. 61. Credit Catholica Ecclesia, quod bona opera, quæ à DEO præcipiuntur, necessaria sint ad salutem.

XIX. Docent quòd homo nullo modo iustificari possit sine inhærentibus DEI donis, scilicet, sine charitate infusa. Andra. lib. 6. pa. 459. Cùm igitur iustificatio sine peccatorum venia esse nullo modo possit, hæc verò ex peculiari DEI in nos amore pendeat, quo illos solùm complectitur, quorum mentem habitat, suam verò istam habitationem omnibus hisce quæ enumerauimus donis, & amplissimis muneribus, necessitate quadam compleat & exornet, colligitur sanè, iustificationem sine inhærentibus DEI donis, nullo modo esse posse.

XX. Docent hominem non sola fide, sed etiam spe iustificari. Andra. lib. 6. pa. 498. Vnde est, vt sacræ literæ spei attribuant nostrã iustificationem: Spe enim, inquit Paulus, nos saluos fieri. Rom. 8.

Con-

Contendunt Pontificij, Paulum exclusiuis illis particulis, quibus opera legis à iustificatione excludit, vt cùm inquit: Arbitramur hominem iustificari Fide, sine operibus Legis, non opera moralia, sed tantùm ceremonialia excludere. Andra. lib. 6. pag. 506. Sed video te illis potissimùm locis confidere, in quibus fidei legis operibus vacuæ iustificationem adscribit, vsque adeò vt adfirmet, quòd si Abrahá ex operibus iustificaretur, omni gloria apud DEVM careret. Vt verò Origené, Anselmum, Primasium, cæterosq; sanctos patres taceam, qui hæc omnia de veteri Lege, Christi sanguine ac Euangelio abrogata, intelligenda esse arbitrátur. Petrus à Soto in Scholijs. pa. 55. Ambrosius hæc exponens, Arbitramur iustificari hominem per fidem absq; operibus Legis: ita inquit: Gentilem dicit hominem pro certo habere, quòd iustificetur nulla faciens opera legis, scilicet sine circumcisione, aut neomenijs, aut veneratione Sabbathi. XXI.

Contendunt rursus exclusiuis apud Paulum, excludi à iustificatione opera Legis vi liberi arbitrij & ante fidem facta: non autem excludi opera Charitatis facta in fide, accepta gratia. Andrad. lib. 6. pag. 473. Nam si omnia Pauli loca, in quibus de hac iusticia quæ ex Lege habetur, sermonem facit, diligenter expen- XXII.

expendamus, fiet ſanè compertum, non quidem illam, qui in iuſta & pia Legis obſeruatione poſita eſt, improbare: ſed eam quę cum ſumma quadam mētis elatione coniuncta, non diuinæ gratiæ opibus, ſed ſolis liberi arbitrij viribus adſcribitur: nec ardenti in DEVM charitate, ſed cruciatuum quos Lex minitatur terrore, comparatur. Petrus à Soto in ſcholijs. pag. 55. Quæ ergo ante fidem ſunt, aut ab illa aliena, illa excluduntur à iuſtificatione, non fidei opera, non illa quæ Paulus dicit ſanctos per fidem feciſſe: inter quæ & charitas, & cæterarum virtutum opera.

XXIII. Docent quòd homines non tantùm obſeruatione mandatorum DEI, ſed etiam obſeruatione traditionum humanarū, & mandatorum Eccleſiæ, & prælatorum, iuſtificentur coram DEO. Trid. Synod. Seſs. ſexta. cap. 10. Sic iuſtificati renouantur, vt Apoſtolus inquit, de die in diem, hoc eſt, mortificando membra carnis ſuæ, & exhibendo ea arma iuſticiæ, in ſanctificationem, per obſeruationem mandatorum DEI & Eccleſiæ in ipſa iuſticia per Chriſti gratiam accepta, cooperante fide bonis operibus, creſcunt atq; magis iuſtificantur.

XXIIII. Docent quòd charitate cooperiatur multitudo peccatorū, & quòd ea ſaluemur.

Petrus

Petrus à Soto in ſcholiis. pag. 55. Petrus inquit, charitas cooperit multitudinem peccatorum: cur non fidendum illis, quibus ſaluamur, quibus cooperiuntur peccata.

Adfirmant conditionē iniuriarū remedium eſſe aptiſsimum ad implorandam DEI miſericordiam. Cathe. Rom. pag. 690. XXV.

Docent Pontificij, ſex eſſe diuerſos modos conſequendi remiſsionem Peccatorum mortalium. Catechiſmus Ieſuitarū. Multos huiuſmodi modos ſicuti diuerſis morbis, diuerſa remedia cōueniunt, Sacra ſcriptura nobis in Eccleſia proponit. XVI.

1. Principem verò locū tenet pœnitentię Sacramentū: quo neglecto fruſtrà de reliquis lethalium peccatorū remedijs adhibēdis agimus. Hoc.n. vt pręſens, ita neceſſariū pharma cū Chriſt⁹ animarū medicus inſtituit, & contra omnem peccatorū lepram valiturum nobis cōmendauit, quandò dixit Sacerdotib⁹, quorum remiſeritis peccata, remittūtur eis. *Ioann. 20.*

2. Secundò purgantur & expiantur eleemoſyna, quia ſcriptum eſt: Eleemoſyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur animā ire in tenebras. Tum alibi: Peccata tua eleemoſyna redime, & iniquitates miſericordijs pauperum. *Tob. 4.* *Daniel. 4.*

3. Tertiò remittuntur peccata dum noſi fratri offenſam condemnamus, dicente Domino:

Matth.6. mino: Si dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater cœleſtis delicta veſtra.

4. Quartò idem fit cùm peccantem fratrem lucrifacimus, ſicuti legitur: *Iacob.5.* Qui cõuerti fecerit fratrem ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum.

5. Quintò hûc pertinet abundantia ſynceræ charitatis, ob quam de Magdalena dicitur: Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum. Lucæ 7. Charitas enim operit multitudinem delictorum.

6. Sextò, ad idem valet contriti cordis ſacrificium, quod nunquam deſpicit DEVS. His alijsque modis & officijs veræ pietatis comparamus atque præſtamus in Chriſto Ieſu, quod Apoſtolus æquiſsimè admonet: has habentes promiſsiones chariſsimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & Spiritus, perficientes ſanctificationem in timore DEI.

XXVII. Docent præterea Põtificij venialia, quotidiana & leuiora peccata, vt cogitationes varias, ocioſum verbum, nimium riſum, & ſimilia, leuioribus & facilioribus remedijs poſſe [illegible] & ſanari. Catechiſ. Ieſuitarum. Quibus autem remedijs peccata leuiora purgantur? Reſpondent: vt eiuſdem animæ ſordes

des in hac vita diluátur: Ecclesia vetus remedia isthęc agnouit & in vsu habuit, humilé sui accusationem: Dominicá precationem, pectoris percussionem, & alias id genus pias in DEVM & erga ꝓximũ exercitationes, corporisq́; adflictiones spõtè ac religiosè susceptas.

ITEM:

SCHOLASTICI SCRIPTORES RECENSENT XII. REMEDIA *venialium peccatorum, videlicet:*

1. Dignam communionem. de consecra. d.2. cum omne.
2. Aquæ benedictæ aspersionem. de conse. d.3. aquam sale.
3. Eleemosynarum largitionem. de pœnit. dist.15. quamobrem.
4. Iniuriarum remissionem.
5. Orationem præsertim Dominicam. de pœnit. d.3. §. de quotidianis.
6. Confessionem generalem. ibidem.
7. Episcopalem benedictionem, ac sacerdotalem, & etiam monialem. 1. q. 1. c. multi. in fine.
8. Deuotam pectoris tunsionem. de pœnit. d.3. §. tres sunt actiones.
9. Cordis contritionem. Ant. in part. 3. tit. 10. cap. 1. §. quarto.

Extre-

10. Extremam vnctionem. de vnct. cap. vnico.

11. Patientiam flagellorum.

12. Quodlibet bonum opus.

Hinc ſunt illi verſus:

Confiteor, tundo, conſpergor, conteror, oro:
Signor, edo, dono, per hæc venialia pono.

XXVIII. Docent quòd nemo iuſtificari poſsit à peccato, niſi qui confiteatur ore peccatum. Lomb. lib. 4. d. 17. Amb. Nõ poteſt quiſquam iuſtificari à peccato, niſi peccatum ipſum fuerit confeſſus. Item dicit: Confeſsio à morte animam liberat, cõfeſsio aperit Paradiſum, confeſsio ſpem ſalutis tribuit: quia non meretur iuſtificari, qui in vita ſua non vult peccatum confiteri.

XXIX. Rurſus docent ſola cordis contritione ſine confeſsione deleri peccatum. Lomb. lib. 4. d. 17. Sanè dici poteſt, quòd ſine confeſsione oris, & ſolutione pœnę exterioris, peccata delentur per contritionem & humiliationem cordis. Item: de pœnit. diſt. 1. §. qui natus. Euidentiſsimè adparet, quòd ſola cordis contritione, ſine confeſsione oris peccatum remittitur. Item: §. Conuertimini: Ergo ſola contritione, in qua fit reſuſcitatio, tollit peccatum.

XXX. Docent quòd lachrymę peccatum lauent. de pœ-

de pœnit. dist. 1. Lachrymæ lauant delictum, quod pudor est confiteri. Item: Lomb. lib. 4. dist. 17. Spongia peccatorũ tuorum lachrymæ tuę sint. Et paulò pòst: Temporalib. pœnis æterna supplicia mutabunt, & lachrymis ex vera cordis contritione fluentibus, restinguent æterni ignis incendia.

Docent actum fidei mereri iustificationem. Lomb. lib. 2. dist. 27. Cùm ergò fides dicitur mereri iustificationem, & vitam æternam: ex ea ratione dictum accipitur, quia per actũ fidei meretur illa: similiter de charitate & iusticia, & de alijs accipitur. Si enim fides ipsa virtus præueniens diceretur esse mentis actus, qui est meritus: iam ipsa ex lib. arb. originem haberet: quod quia non est, sic dicitur esse meritum, quia actus eius est meritum, si tamẽ adsit charitas, sine qua nec credere, nec sperare vitæ est meritum. XXXI.

Docent rursus Pontificij, remissionem peccatorum haberi per tria, scilicet per tribulationes cum patientia, per humiliationem & per labores. Thomas Aqui. præs. 24. co. 10. dimittere. XXXII.

Item: Docent tribus modis remitti peccata: Enarrator Psalmorũ sub nomine Hieronymi, in præs. 31. XXXIII.

Quibus modis remittuntur peccata? tribus: Remittuntur per Baptismum; teguntur

tur

tur per charitatem: non imputantur per martyrium.

XXXIIII. Docent quòd ieiunio peccatorum sordes eluere possimus. Catechis. Rom. pag. 798.
130. Sacris precibus placatum reddimus DEVM: eleemosyna redimimus hominum offensiones: ieiunio proprias vitæ sordes eluimus.

ANTIDOTA.

Quòd si nobis hi tetri errores refellendi essent singuli, magnū volumen scribendum esset, de hoc vno articulo: verùm id iam non est instituti nostri: atq; id sæpè aliàs præstitū est: nunc tantùm in tabula ꝓponere volui Lectori innumeros errores & blasphemias, quibus Pontificij præcipuos fidei nostræ articulos, in quibus sita est tota salus nostra, conspurcant, lacerant, euertunt, & planè sepeliunt: facere tamen non possum, vt post recitationem tot horribilium errorum de iustificatione Lectorem pium sine antidoto dimittam. Ego planè fateor, me post collectionem talium sordium, & mendaciorum desiderare recreationem ex verbo DEI petitam. Subijcio igitur aliquot dicta Sacræ scripturæ, quæ simul omnes radices errorum Papisticorum extirpant, & veræ sententiæ de iustificatione solida iaciunt fundamenta: vt

Rom.

Rom.3. Iustificati gratis gratia ipsius per redemptionem quæ est in Christo Iesu, quem proposuit propitiatorem in sanguine ipsius per fidem: ad ostensionem iusticiæ per remissionem præteritorum peccatorum.

Item: Rom.3. Arbitramur iustificari hominem fide absq; operibus Legis.

Genes.15. Credidit Abraham DEO, & imputatum est illi ad iusticiam.

Rom.4. Non operanti, credenti verò in eum qui iustificat impium, imputatur fides ad iusticiam.

Rom.4. Idcircò ex fide, vt sit secundum gratiam, vt firma sit promissio omni semini.

Rom.5. Iustificati fide, pacem habemus apud DEVM, per Dominum nostrum Iesum Christum.

Ioann.3. Sic Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitũ daret pro mundo, vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam.

Ioann.3. Qui credit in Filium, habet vitam æternam: qui verò non credit, non videbit vitam: sed ira DEI super eum manet.

Ioann.1. Quotquot autẽ receperunt eum, dedit eis potestatem filios DEI fieri, his qui credunt in nomen, &c.

Actor.10. Huic testimonium perhibent omnes Prophetæ, quòd remissionem pecca-

torum accipiant omnes qui credunt in nomen eius. Act.13. Notum ergo ſit vobis, viri fratres, quòd per hunc vobis annunciatur remiſsio peccatorum, & donatio omnium, à quibus in Lege non potuiſtis iuſtificari, in hoc omnis qui credit, iuſtificatur.

Pſalm.32. Beatus quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorũ tecta ſunt peccata. Beatus vir cui Dominus peccatũ non imputauit.

Epheſ.2. Gratia ſaluati eſtis per fidem, idque non ex vobis, DEI donum eſt, ne quis glorietur.

Gal.2. Si per Legem eſt iuſticia, Chriſtus fruſtrà mortuus eſt.

Gal.2. Scimus quòd homo non iuſtificatur ex operib. legis, niſi per fidẽ Ieſu Chriſti.

Tanta eſt perſpicuitas & vis horum diuinorum oraculorũ, vt vnica ſententia prophetica vel Apoſtolica magnũ cumulum errorũ conficiat, iugulet, atq; euertat. Diruto enim hoc fundamẽto, quòd nulla opera legis iuſtificent hominem coram DEO, tota compages errorum, quos Põtificij in hoc articulo comportârunt & conſtruxerunt, diſſoluitur. Sufficit igitur vnicũ teſtimonium Apoſtoli Pauli ad refutandũ omnes errores papiſticos de
Roman. 3. Iuſtificatione, videlicet: vt omne os obturetur, & totus mundus fiat reus DEO, propterea q̃ ex operibus legis non iuſtificabit̃ vlla caro.

VII. LOCVS.

DE OFFICIO MEDIATORIS IESV CHRISTI

Errores Pontificiorum.

MVltos blaſphemos errores comminiſcuntur Pontificij ſcriptores de officio Domini noſtri Ieſu Chriſti, quem non ſolùm horribili contumelia adficiũt: verùm etiam cum omnibus ſuis beneficijs ex oculis hominum amotum cupiunt: verbis quidem eum retinent, ſed reipſa ſepeliũt, & ex hominum memoria ſublatum volunt.

Docent enim Pontificij Chriſtum eſſe nouum Legislatorem, qui ideò in hunc mundum venerit, vt perfectiores & ſublimiores leges ferret, quàm Moyſes Propheta tulit. Concil. Trident. Seſs. 6. can. 21. Si quis dixerit, Chriſtum Ieſum à DEO hominib. datum fuiſſe vt redemptorem cui fidant, non etiam vt legislatorem cui obediant, anathema ſit. Soto Adſertione Cath. de Euang. Credit Catholica Eccleſia, à Chriſto nouam legem datam, nonnunquam teſtamentum cõditum. Et paulò pòſt: Hæc ſpiritualia & noua, Lex & Teſtamentum continent & alia præcepta, & alia Sacramẽta ab his, quę erãt veteris legis. I. 131.

Horribilis & deteſtanda blaſphemia eſt, qua Pontificij adſeuerare non verentur: Chri- II.

ſtum Ieſum tantùm pro peccato originali paſſum & mortuū eſſe. Sic enim ſcribit Thomas Aquinas de Sacramento Alta. Sicut corpus Domini ſemel ablatum eſt in cruce pro debito originali: ſic offertur iugiter pro noſtris quotidianis delictis in altari: Eandē blaſphemiam adſerit Ambroſius Catharinus Epiſcopus Minonienſis in lib. Romæ impreſſo, contendens: Chriſti paſsionem tantùm ſatisfeciſſe pro originali peccato, & actualibus Baptiſmum antecedentibus: miſſam verò ſatisfacere pro peccatis Baptiſmum & primam iuſtificationem ſequentibus.

III. Docent Chriſtum nobis meruiſſe ſua paſsione & morte primam tantùm gratiam videlicet meritum congrui, vel gratiam gratis datam, id eſt, infuſionem charitatis. Gabriel Biel. de merito congrui.

IIII. Docent Pontificij quòd meritum Chriſti ſit quidem cauſa vniuerſalis noſtrę ſalutis, ſed ad quam etiam particulares oporteat accedere, vt Thomas 2. diſtinctione 27. 6. 2. Dicendum quòd meritum Chriſti eſt ſicut radix omnium meritorum, à quo omnium merita efficaciam trahunt: vnde eſt quodammodo ſicuti cauſa vniuerſalis, quam oporteat ad effectus determinatos applicari per cauſas particulares, ſicut ſunt Sacramenta, & orationes Eccleſiæ: & inde eſt, quod

no

non tantùm Christum oramus, sed etiam Sanctos eius, quorũ meritis & precibus auxilium eius percipimus. Gabriel Biel. libro 4. distinct. 19. licet Christi passio sit principale meritum, propter quod confertur gratia, apertio regni & gloria, nunquam tamen est sola & totalis causa meritoria, quia semper cum merito Christi concurrit aliqua operatio tanquam meritum de congruo vel de condigno recipiẽtis gratiam vel gloriam, si fuerit adultus rationis vsum habens, aut alterius pro eo si caret rationis vsu. Et iterum: Quamuis ablatio obstaculi est remissio peccati tam originalis quàm actualis, apertio regni est collatio gloriæ, ad vtrunque tamen (licet minus principaliter respectu meriti Christi) aliquod meritum patrũ cooperabatur, quo meruerint remissionẽ peccatorũ de congruo, & apertionem regni de condigno. Sine quo nec peccatũ fuisset remissum, nec regnũ apertum. Item: cum merito Christi tanquam principali semper cooperatum est meritum electorum de lege communi, &c.

V. Docent Christũ quidem sua morte plenè satisfecisse pro peccatis mundi, non tantùm pro culpa, sed etiam pro pœna non tantùm æterna, sed & temporali, sed per sufficientiam, non autem per efficientiã, & fructus participationem, hoc sanè est verbo concedere

meritū Christi, reipsa negare. Blasphemiam hanc ponit Tapp.art.6. de satisfact. pa.238. Plena est Christi satisfactio, redemptio, & propiciatio pro vniuersis, non solùm quò ad culpam, quam tamen præcipuè ac principaliter respiciunt, verū etiam quò ad pœnam temporalem culpa dimissa remanentem, sed per sufficientiam, non autem secundū efficientiam, & fructus participationē. Et post pauca addit, fol.241. Ergo satisfactio per sufficientiam tantùm non meretur nomen satisfactionis: nec redemptio & reconciliatio per sufficientiam merentur hæc nomina. Attende Christiane lector ad hanc horrendam blasphemiam satisfactionē Christi non mereri nomen satisfactionis pro nostris peccatis: est enim tantùm per sufficientiā, non per efficientiā, hoc est, non est in nobis efficax: nostra verò opera sunt satisfactio per efficientiam.

VI. Docent Pontificij, Christum sua morte meruisse, vt nostra bona opera possint esse satisfactoria pro peccatis, & meritoria vitæ æternę. Tapp.art.6.pa.239. Nam per mortem suam Christ⁹ nobis meruit infundi Spiritum sanctum, quodq; nostra opera per ipsum sint satisfactoria. Andrad.lib.6.pag.511.

Christus nō modò iusticiæ dotes, sed merendi etiam efficacitatem nobis promereri voluit.

voluit. Synod. Trid. can. 32. Si quis dixerit, hominis iuſtificati bona opera ita eſſe dona DEI, vt non ſint etiam bona ipſius iuſtificati merita, aut ipſum iuſtificatum bonis operibus, quæ ab eo per DEI gratiam & Ieſu Chriſti, cuius membrũ viuum eſt, fiunt, non verè mereri augmentum gratiæ, vitam æternam, & ipſius vitæ æternæ, ſi tamen in gratia deceſſerit, cõſecutionem, atque etiam gloriæ augmentum, ſit anathema. Thom. 2. d. 27. Meritum eſt ſicut radix meritorũ, à quo omnium merita efficaciam trahunt. Catechiſ. Rom. pag. 476. Chriſti igitur plena & cumulata eſt ſatisfactio, ſcelerũ omniũ rationi, quæ in hoc ſeculo commiſſa ſunt pariter, æqualiterque reſpõdens. Cuius pondere hominũ actiones apud DEVM plurimùm valent, ac ſine eo nulla prorſus æſtimatione dignæ haberentur.

VII. Docent Pontificij Chriſtum hoc meruiſſe nobis, vt Sacramenta inſtituerẽtur, Baptiſmus, confirmatio, pœnitentia, vnctio, quib. nobis ſalus conferri poſsit. Tho. 3. q. 49. dicendum, quòd paſsio Chriſti præceſsit vt cauſa quædã vniuerſalis remiſsionis peccatorum, ſicut dictum eſt, neceſſe eſt vt ſingulis adhibeatur ad deletionem propriorum peccatorum: hoc autem fit per Baptiſmũ & pœnitentiam, & alia ſacramenta, quæ habẽt virtutem ex paſsione Chriſti.

VIII. Docent Pontificij nō solùm Iesum Chri-
138. stum esse Mediatorem inter DEVM & homines: sed & alios plurimos sanctos. Petrus Lomb. lib. 4. distinct. 45. Intercedunt ergo pro nobis sancti ad DEVM, & meritò, dum vota nostra cupiūt impleri quod tamen non faciunt, nisi in voluntate DEI implenda didicerint. Oramus ergo vt intercedant pro nobis, id est, vt merita ipsorum nobis suffragentur, & vt ipsi velint bonum nostrū: quia eis volentibus DEVS vult & ita fiet. Eccius de veneratione sanctorum. pag. 154. Vnus est mediator redemptionis Iesus Christus: sunt autē plures mediatores per intercessionem, sicut & plures commemorat Sacra scriptura tales saluatores. Moyses ait: Sequester & medius fui inter DEVM & vos.

ANTIDOTA.

Contra has blasphemias, quæ Christo derogant suum honorem, teneamus illa præclara dicta de officio Christi. Ioan. 3. Non enim DEVS misit Filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt mundus per eum saluus fiat. Ioann. 3. Ne putetis me accusaturum vos apud Patrem: est qui accuset vos, Moyses, in quem vos spem collocastis. Ioann. 1. Ecce agnus DEI, qui tollit peccata mundi. 1. Tim. 1. Fidelis sermo & omni acceptatione di-

gnus

gnus: quod IESVS Christus venit in hunc mundũ saluos facere peccatores. 1. Iohan. 1. IESVS Christus est propiciatio pro nostris peccatis: non pro nostris tantũ, sed pro peccatis totius mundi. Math. 20. Filius hominis venit in hunc mundum, non vt sibi ministret, sed vt ministret, & ponat animã suam λυτρὸν pro multis. Iesa. 53. Quia ponet animã suam hostiã pro peccato, videbit semen longæuum. Rom. 5. Cõmendat DEVS dilectionem suam erga nos, quod Christus pro nobis mortuus est, cùm adhuc peccatores essemus. Ies. 53. Posuit DEVS in eum peccata omnium nostrum. 1. Timoth. 2. Vnus est DEVS & vnus Mediator inter DEVM & homines, homo Iesus Christus.

VIII. LOCVS.

DE SACRIFICIO

Errores Pontificiorum.

DE sacrificio hos præcipuè errores defen- 1.
dunt Pontificij: 139.

Quòd in nouo testamento oporteat esse externum & visibile sacerdotium, quemadmodum fuit. Trid. Concil. Sess. 7. cap. 1. Sacrificium & sacerdotium ita DEI ordinatione coniuncta sunt, vt vtrumque in omni lege extiterit. Cùm igitur in nouo testa-

mento ſanctum Euchariſtiæ ſacrificium viſibile, ex domini inſtitutione Catholica Eccleſia acceperit: fateri etiam oportet, in ea nouum eſſe viſibile & externum ſacerdotiū, in quod vetus tranſlatum eſt. Hoc autem ab eodē Domino Saluatore noſtro inſtitutum eſſe, atque Apoſtolis eorumq; ſucceſſoribus in ſacerdotio poteſtatem traditam cōſecrandi, offerendi, & miniſtrandi corpus & ſanguinem, nec non & peccata dimittendi & retinendi, Sacræ literæ oſtendunt, & Catholicæ Eccleſiæ traditio ſemper docuit.

II. Quòd ſacerdotes in nouo teſtamento habeant poteſtatē offerendi ſacrificium DEO, & miſſas celebrandi pro viuis & mortuis. Catechiſ. Rom. pag. 533. Tum verò calicē cum vino, & patinam cum hoſtia tradit, dicens: Accipe poteſtatem offerendi ſacrificium DEO, miſſaſque celebrandi tam pro viuis quàm pro defunctis.

III. Quòd ſacerdotes noui teſtamenti conſtituuntur Mediatores inter DEVM & homines. Catech. Rom. pag. 533. Quibus ceremonijs & verbis, interpres, ac mediator DEI & hominum conſtituitur.

IIII. Quòd Chriſtus inſtituerit & mandauerit ſui corporis & ſanguinis in ſacra cœna oblationē. Catech. Rom. pag. 409. Hæc autem quæ de huius ſacrificij veritate à Catholica

Eccle-

Ecclesia tradita sunt, ex Domini verbis accipit: cum extrema illa nocte hæc ipsa sacra mysteria Apostolis commendans, Hoc facite, inquit, in mei commemorationem. Eos enim quemadmodum à sancta Synodo definitum est, tum sacerdotes instituit, præcepitq; vt ipsi, & qui eis in sacerdotali munere successuri essent, corpus eius immolarent & offerrent.

Quod sacrificium & sacramentum differunt hoc modo, quod Sacramentum meriti causam adferat, sacrificiũ autem non solùm merendi, sed & satisfaciendi efficientiá contineat. Catech. Rom. pag. 408. Differunt autem plurimùm inter se hæ duæ rationes: Sacramentum enim consecratione perficitur: omnis verò vis sacrificij in eo est, vt offeratur. Quare sacra Eucharistia, dum in pixide continetur, vel ad ægrotum defertur, Sacramenti non sacrificij rationem habet. Deinde etiam vt sacramentum est ijs, qui diuinam hostiam sumunt, meriti causam adfert, & omnes illius vtilitates, quæ suprà commemoratæ sunt; vt autem sacrificium est, non merendi solùm, sed satisfaciendi quoque efficientiam continet. Nam vt Christus Domin⁹ in sua pasione pro nobis meruit, ac satisfecit, sic qui hoc sacrificiũ offerũt quo nobiscum cõmunicant Dominicæ V.

pasio-

pasſionis fructus merentur, ac ſatisfaciunt.

VI. Quòd non ſola mors Ieſu Chriſti ſit ſacrificium propiciatorium: ſed etiam oblatio panis & vini in altari ſit ἱλαστικὸν ſacrificium. Trid. Concil. Seſs. 6. cap. 2. Et quoniam in diuino hoc ſacrificio, quod in Miſſa peragitur, idem ille Chriſtus cõtinetur & incruentè immolatur, qui in ara crucis ſemel ſeipſum cruentè obtulit, docet ſancta ſynodus, ſacrificium iſtud verè propiciatorium eſſe, per ipſumque fieri, vt ſi cum vero corde & recta fide, cum metu & reuerentia, contriti & pœnitentes ad DEVM accedamus, miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio oportuno. Huius quippe oblatione placatus Dominus gratiam & donum pœnitentiæ concedens, crimina & peccata etiam ingentia dimittit.

VII. Horribili blaſphemia docent Pontificij, quod idem ſit ſacrificiũ, & quod in cruce eſt oblatũ, & quod in Miſsa peragitur. Catech. Rom. pag. 411. Vnum itaque & idem ſacrificium eſſe fatemur, & haberi debet, quod in Miſſa peragitur, & quod in cruce oblatum eſt.

VIII. Quando Miſſa pro alio celebratur etiam peccatũ mortale, quod eſt in alterius conſcientia, delet. Petrus de Palude diſt. 12.

Docent quod miſſa non ſoùlm viuis, ſed

& mor-

& mortuis prosit ad remissionem culpæ & pœnarum. Trid. Con. Sess. 6. cap. 2. Quare non solùm pro fidelium viuorum peccatis, pœnis, satisfactionibus, & alijs necessitatibus, sed & pro defunctis, in Christo nondum ad plenum purgatis, ritè iuxta Apostolorum traditionem offertur.

Quod Missa non solùm fructificet in bonis & iustis, sed & in peccatoribus, pro quibus offertur, vt à peccatis cõuertantur. Gab. Biel. dist. 12. X.

Quod Missæ sacrificium à sacrificio Missæ tantùm differat modo oblationis incruento: Idem verò sit substantia, & similium effectuum operatiuum: quod idem finis sit sacrificij Christi in cruce, & in altari, placatio scilicet offensæ Patris, & impetratio salutis æternæ. Gabr. Biel.

Quòd Christus in vltima cœna sub speciebus panis & vini, corpus & sanguinem suum DEO patri obtulerit. Trid. Con. Sess. 6. ca. 1. Christus sacerdotem se secundum ordinem Melchizedeck in æternum constitutum declarans, corpus & sanguinem suum sub speciebus panis & vini DEO patri obtulit, ac sub earundem rerum symbolis (quos tunc noui testamenti sacerdotes constituebant) vt sumerent, tradidit, & eisdem eorumque successoribus vt offerrent, præcepit, per hæc XI.

verba:

verba: Hoc facite in meã cõmemorationem.

XII. Docent quòd Missa sit sacrificium propiciatorium non tantũ pro delendis viuorum, & mortuorum delictis: sed etiam pro qualibet adeò Christiani populi necessitate: Item pro impetrandis cuiusque generis beneficijs à DEO, tam corporalibus quàm spiritualibus. Lindanus lib. 4. pag. 375.

XIII. Quòd missæ efficaces sint ad impetrandam valetudinem, defensionem, prosperum iter, victoriam in bello, & cæteras temporales fœlicitates. Innocentius de officio Missæ.

XIIII. Quòd Missa consistat in quatuor: 1. in personis. 2. in operibus. 3. in verbis. 4. in rebus. Personæ sunt celebrãtes, ministrãtes, circumstãtes: opera sunt gestus, actus, motus: Verba sunt orationes, modulationes & lectiones: Res sunt ornamẽta, instrumenta, elementa.

Iam si quis quærat, quinam gestus requirantur ad Missæ sacrificium, habet eos à Sleidano expressos lib. 21. pag. 576.

NB. Ring meisse. Ingens autem erat hominum concursus, maximè iuuentutis, nam his omnibus erat nouum spectaculum & inauditum, multos ibi, raso vertice, nouo genere vestitus, cantare simul quæ nemo intelligat, cæreos atq; lampades ardere in ipsa, quod dicitur, meridie, fumigationes atq; suffitus excitare, thuribulis sacrificium astare cum ministris ad

aram,

aram, pronunciare omnia ſermone peregrino, varijs vti geniculationib. atq; geſtibus, inclinari ſtrictis manibus, modò diſtẽdere, modò reducre brachia, ſubinde ſe cõuertere, nũc eſſe clamoſum, nũc magno ſilentio quædam demurmurare, ſuſpicere in altum, eſſe pronum, conſiſtere non vno loco, nunc in dextram, nunc in læuam partẽ altaris commigrare, micare digitis, inhalare in calicem, eumque tollere in ſublime, poſtea reponere, certis locis nominare nunc viuos nunc mortuos, panẽ azymum frangere, & in calicem immittere, pectus ferire pugno, ſuſpirare, clauſis oculis repræſentare ſomnũ, rurſus expergiſci, manducare partem vnam panis, alteram haurire cum vino totam, ne qua guttula remaneat, abluere manus, patellam deauratam, auerſam, extenſo brachio, demonſtrare populo, admouere eandem fronti atq; pectori, deoſculari nunc altare, nunc imagunculam, materiæ vel metallo incluſam.

XV. Quòd Miſſa valeat vno modo ex opere operante, hoc eſt merito pſonali perſonæ celebrantis: ꝓpter q̄ cõfert DEVS petita à ſacerdote, eis quib⁹ orationẽ & miſſæ ſacrificium adplicat: alio modo ex ope opato: hoc eſt ex ipſa cõſecratione, oblatione & ſumptione, non habẽdo reſpectũ ad pſonalẽ ſanctitatẽ aut meritũ ſacerdotis. Ga. Bi. in ca. Miſ. l. 26.

Quòd

XVI. Quòd ſacrificium vocetur Miſsa, quaſi hoſtia tranſmiſſa à nobis patri, vt intercedat pro nobis apud ipſum. Innocentius de officio Miſſæ.

XVII. Quòd Miſſa ſit medium, per quod fructum paſsionis Chriſti percipiamus. Trid. Concil. Seſs. 6. cap. 2. Cuius quidem oblationis, cruentę inquam, fructus per hanc incruentam vberrimè percipiuntur. Lind. lib. 4. cap. 51. Hæc eſt enim effuſi in cruce ſanguinis adplicatio, quæ nos ſaluberrimæ huius redemptionis facit eſſe participes.

XVIII. Quòd ſacrificulus per miſſam poſsit adplicare virtutem paſsionis Chriſti, quibus velit generaliſsimè Eccleſiæ Catholicæ, ſpecialiſsimè ſacrificulo: ſpecialiter fundatori, & cuius nomine miſſa peragitur. Gab. Biel.

XIX. Docent quòd tres partes factæ de corpore Chriſti, ſignent: Prima ſanctos in cœlo: Secunda Eccleſiam militantē in terra: Tertia defunctos in purgatorio. Durandus in rationali. lib. 4. cap. 51.

XX. Docent quòd Canon Miſſæ ab omni errore purus ſit, & nihil contineat, quod non maximè ſanctitatem redoleat. Trid. concil. Seſs. 6. cap. 4. Et cùm ſancta ſanctè adminiſtrari conueniat, ſitque hoc omnium ſanctiſsimum ſacrificium, Eccleſia Catholica vt dignè reuerenterque offerretur, ac perciperetur

peretur, ſacrum Canonem multis antè ſeculis inſtituit, ita ab omni errore purum, vt nihil in eo contineatur, quod non maximè ſanctitatem & pietatem quandā redoleat, menteſque efferentium in DEVM erigat.

Quòd Canon Miſſæ, vt myſterium à Chriſto & Apoſtolis traditum, non intelligendus ſed adorandus ſit. Cricius Polonus. XXI.

Quòd Canon Miſſæ tacitè ſit murmurandus, ne quis eum exaudiat. Trid. Con. Seſs. 6. cap. 5. Pia mater. Eccleſia inſtituit, vt ſcilicet quædam in Miſſa ſubmiſſa voce, alia verò elatione pronunciarentur. XXII.

Docent quòd Sacramentum corporis Chriſti reuerentiùs & deuotiùs conficiatur: ſi tacitè & ſecretè fiat. Item: in ipſo ritu miſſæ non eſſe prædicandum Euangelium. Soto in ſcholijs. Ita aliud eſt conficere Sacramentum corporis & ſanguinis Chriſti, quod cùm ſit reuerentiùs & deuotiùs, tacitè & ſecretè ſit. Aliud eſt prædicatio Euangelij. XXIII.

Quòd ex Apoſtolica traditione variæ ceremoniæ, benedictiones myſticæ, lumina, thymiamata, veſtes, & id genus alia ſint in celebratione Miſſæ adhibenda. Trid. Concil. cap. 5. Ceremonias item adhibuit, vt myſticas benedictiones, lumina, thymiamata, veſtes, aliaque id genus multa ex Apoſtolica diſciplina & traditione: quo & maieſtas tanti ſacri-

ti ſacrificij comendaretur, mentes fidelium excitarentur,&c.

XXV. Docent mixtionem panis cum vino in Miſsa fieri ſumentibus ſalutem mentis & corporis ad vitam æternam. Canon Miſſæ.

XXVI. Sacrificus in Canone orat, vt corpus Chriſtj per manum Angeli in conſpectum Maieſtatis DEI deferatur. Canon Miſſæ.

XXVII. Docent mortaliter peccare eum, qui aliquid in ceremonijs Miſſæ neglexerit.

XXVIII. Docent ritus & ceremonias Miſſarum per ſe abſolutas, mereri hominib. fauorem DEI.

XXIX. Docent Miſſas votiuas Sanctorum ſingulares habere effectus, & multò maiores prærogatiuas, quàm ſimplices. Votiuas autem Miſſas has recenſent:

MISSÆ VOTIVÆ.

1. De Sancta Trinitate.
2. De ſancta Cruce.
3. De Sapientia.
4. De Angelis.
5. De Charitate.
6. De Sanctis.
7. De lancea Domini.
8. De inuentione pueri Ieſu Chriſti.
9. Pro antiſtite.
10. Pro Imperatore.
11. Pro Principe.

12. Pro

12. Pro omni gradu Ecclesiæ.
13. Pro congregatione.
14. Pro aduersitate.
15. Pro pace.
16. Pro salute viuorum.
17. Pro peccatis.
18. Pro nobismetipsis.
19. Pro Sacerdote.
20. Pro temptatione carnis.
21. Pro confitentibus.
22. Pro eleemosynarijs.
23. Pro iter agentibus.
24. Pro pluuia.
25. Pro serenitate.
26. Pro infirmis.
27. Contra omnes tribulationes.
28. Pro magna tribulatione.
29. Pro sponso & sponsa.
30. Contra fulgura.
31. Contra pestilentiam.
32. Pro febricitante.
33. Contra tentationes cogitationum.
34. Pro humilitate.
35. Pro digna vita.
36. Pro inimicis.
37. Contra inuasores Ecclesiæ.
38. Contra Paganos.
39. Pro peste animalium.
40. Pro defunctis.

XXX. Pontificij docent, ſacrificia Miſſæ non tantùm expiare peccata viuorum, nec tantùm relaxare pœnas defunctorum: ſed & augere gloriam beatorum. Albertus Mag. de Sacramento Euchar. ſerm. 4. Sacrificium noſtrum (ſcilicet miſſæ) excellit æterna rationis virtute, id eſt, per effectum ſuę bonitatis. Habet enim triplicem bonum actum in triplici ſtatu fidelium, ſcilicet, in hoc mundo, in purgatorio, in cœlo. In primo ſtatu peccata quotidiana relaxat: in ſecundo pœnam grauem alleuiat: in tertio gaudium magnum generat. Hinc eſt quòd triplices Miſſæ celebrari ſolent. Item: pro ſalute viuorum, pro requie defunctorum, & pro gloria defunctorum.

XXXI. Docent non tantùm vulgari, ſed & peregrina lingua celebrandam eſſe Miſſam. Trid. Concil. Seſs. 6. can. 9. Si quis dixerit, lingua tantùm vulgari Miſſam celebrari debere, anathema ſit.

XXXII. Quòd Miſſæ in honorem & memoriam Sanctorum celebrandæ ſint. Catech. Rom. pag. 409. Nam etſi Eccleſia interdum Miſſas in memoriam & honorem Sanctorum celebrare conſueuit: nõ tamen illis ſacrificium ſed vni DEO, qui Sanctos immortali gloria coronauit, offerri docuit.

XXXIII. Docẽt quòd varia genera ſatisfactionum

in ve-

in veteri testamento, sacrificium Missæ præfigurauerunt. Catech. Rom. pag. 410. Præterea hæc hostia tàm ante quàm post datam legem variis sacrificiorũ generibus, pronũciata est.

Contendunt, oportere aquam misceri vino in oblatione calicis. Trid. Concil. Sess. 6. can. 9. Si quis dixerit, aquam non miscendam vino in calice offerẽdo, quòd sit contra institutionem Christi, anathema sit. XXXIIII. 172.

ANTIDOTA.

Pius Lector haud dubiè molestè ferens tot & tam horrendas Pontificiorũ blasphemias, & recreet suum animũ, & muniat suum pectus in vera sententia his dulcissimis dictis de vnico sacrificio propiciatorio Domini nostri Iesu Christi in ara crucis peracto, vt sunt: Ioan. 1. Ecce agnus DEI, qui tollit peccata mundi. Heb. 10. Vnica oblatione consumauit qui sanctificãtur. Matth. 20. Filius hominis non venit in hunc mundum vt sibi ministretur, sed vt ministraret, & daret animã suam λυτρὸν pro multis. 1. Ioan. 2. Aduocatũ habemus apud patrẽ Iesum Christũ iustum: & ipse est propiciatio pro peccatis nostris, nõ autem pro nostris tantùm, sed etiã pro peccatis totius mundi.

Item Ies. 53. Ipse autem vulneratus est propter trãsgressiones nostras, & attritus propter iniquitates nostras: castigatio enim pacis

nostræ super eum est, & liuore eius sanati sumus. Item: Dominus fecit in eum incurrere iniquitates omnium nostrûm. Item: Cum transgressoribus numeratus est, qui peccata multorum tulit, & pro transgressoribus intercessit.

Item Hebr.9. Christus per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta.

Iesa.63. Torcular solus calcaui, & ex populis nemo mihi adfuit, circumspiciebam, sed non erat auxiliator.

Iesa.43. Ego ego ille sum, qui deleo trãsgresiones tuas, idque propter me, & peccatorum tuorum non recordabor.

Rom.3. Per redemptionem Iesu Christi, quem proposuit propiciatorium in sanguinem ipsius per fidem.

Actor.4. Nõ est in vllo alio sal⁹, neq; est aliud nomẽ sub cœlo datũ hominib. in quo oporteat eos saluos fieri, nisi nomẽ Iesu Christi.

Falsisima sunt igitur vniuersa illa Pontificiorum cõmenta, quòd sacrificijs Missarũ deleant peccata, & ꝓmoueatur nostra salus. Soli enim Filij DEI sacrificio sanctisimo hic honos debet. Et verè conculcãt pedib. sanctisimum sanguinem Iesu Christi, qui suis operibus & sacrificios Missarum conantur remisionem peccatorũ obtinere. Ipsa etiã verba insti-

stitutionis cœnæ Domini liqdò refellũt figmentũ de blaſphemo Miſſæ ſacrificio. Chriſt' inquit, Accipite, comedite, hoc eſt corpus meũ: Et hoc facite in mei memoriã. Præterea cũ totum cõmentum Pontificiorũ de ſacrificio Miſſę, quo expiari volũt peccata viuorum & mortuorum, nullo teſtimonio Scripturæ ſacræ nitatur: meritò audiunt: Fruſtrà me colunt docẽtes doctrinas præcepta hominum. Item: Si quis aliud Euangelium docuerit, ſit anathema. Gal. 1. Item: Ad verbũ meum neque addes neq; detrahes. De applicatione ſufficiat Habac. Proph. teſtimoniũ: IVSTVS FIDE SVA VIVET. Hæc fundamenta cùm pius animus retinet, toto pectore deteſtabitur Idolomanias Pontificum.

IX. LOCVS.

DE POENITENTIA SEV CONVERSIONE AD DEVM

Errores Pontificiorum.

HAnc omnium maximè neceſſariã doctrinam, fœdiſsimis erroribus cõſpurcârunt Pontificij, ac cùm ſaluberrima remedia hinc petere debeãt, turbatę atq; ira DEI oppreſſę cõſcientię, adeò eã deprauârũt Pontificij, vt nihil pter nocẽtiſsima venena ꝓpinârint hominib. Hos. n. cõmenti ſunt de hoc loco errores,

I. Quòd Pœnitentia ſit præterita peccata
173. plangere, & plangenda non admittere: vel quòd ſit dolor cordis, & amaritudo animæ, pro malis quæ quiſque commiſit. De pœnit. diſt.1.§. ecce nunc tempus. Item: Grego. in ſer. quadrageſ. Pœnitere, eſt anteacta peccata deflere, & fienda non committere.

II. Quòd tres ſint partes pœnitentię: Contritio cordis, confeſsio oris, & ſatisfactio operis. Lombar. lib.4. diſt.16. In perfectione autem pœnitentię tria obſeruanda ſunt: ſcilicet compunctio cordis, confeſsio oris, & ſatisfactio operis.

III. Docent quòd Pœnitentia ſecunda ſit poſt naufragium tabula: perinde ac ſi nihil amplius proſit Baptiſmus, ei qui in peccatū eſt relapſus. De pœnit. diſt.1.§. ſecunda. Secunda poſt naufragium tabula eſt, culpam ſimpliciter confiteri.

IIII. Quòd Pœnitentia verè & propriè ſit Sacramentum. Trident. Concil. Seſs. 4. can.1 Si quis dixerit, in Catholica Eccleſia pœnitentiam non eſſe verè & propriè Sacramentum, pro fidelibus, quoties poſt Baptiſmum in peccata labuntur, ipſi DEO reconciliandis, à Chriſto Domino noſtro inſtitutum, anathema ſit.

V. Quòd Pœnitentiæ Sacramentum cōſiſtat eſſentialiter in actu eius qui ſanctificatur.

Compend.

Compend. Theol. lib. 6. cap. 20. Trid. Concil. Sess. 4. cap. 3.

Quòd alia sit Pœnitentia secundum habitum, alia secundum actum: quòd hæc non debeat esse perpetua. Compend. Theolo. lib. 6. cap. 20. Est enim pœnitentia interior secundum habitum: & hæc debet esse perpetua. Alia secundũ actum: & hanc non oportet esse perpetuam. VI.

Quòd contritio, confessio, satisfactio, sit causa conferens gratiam pœnitentiæ, id est, reconciliationẽ & vitam æternam. Compend. Theol. VII.

Quòd in veteri Testamẽto & ante Christi resurrectionem alia fuerit pœnitentia, ab ea quæ post Christi resurrectionem à Christo est instituta. Trid. Concil. Sess. 4. cap. 1. Porrò nec ante Christi aduentum pœnitentia erat Sacramentum: nec est post illius aduentum cuiquam ante Baptismum. VIII.

Quòd pœnitentia ante Baptismum differat quò ab substantiam, ab ea quæ fit post Baptismum: quia prior nõ est Sacramentũ. Trid. Concil. Sess. 4. cap. 1. IX.

Quòd ministerium annunciandi Euangelium, à potestate remittendi peccata, in Sacramẽto pœnitentiæ planè differat. Trid. Concil. Sess. 4. Can. 3. Si quis dixerit, verba illa Domini Saluatoris: Accipite Spiritum X.

ſanctum, Quorũ remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt: non eſſe intelligenda de poteſtate remittendi & retinendi peccata in Sacramento pœnitentiæ, ſicut Cathol. Eccleſia ab initio ſemper intellexit. detorſerit autem contra inſtitutionẽ huius Sacramenti, ad auctoritatem prædicandi Euangelium, anathema ſit.

XI. Quòd poteſtas remittendi peccata, non in annunciatione Euangelij, ſed in charactere ſacerdotali fundata ſit.

XII. Quòd vi & efficientia Sacramenti pœnitentiæ, quod conſiſtit in actu externo hominis, ſanguis Chriſti noſtra peccata abluat: hoc eſt, ſanguis Chriſti accipit ſuam vim ab actu hominis: horrẽda blaſphemia. Catech. Rom. pag. 424. Deinde verò cùm nemo ſalutem niſi per Chriſtum eiusque paſsionis beneficio conſequi poſsit, conſentaneũ, nobiſq; vtiliſsimum fuit, eiuſmodi Sacramentum inſtitui, cuius vi & efficientia Chriſti ſanguis ad nos defluens, peccata poſt Baptiſmum admiſſa elueret.

XIII. Quòd fides non ſit pars pœnitentiæ, ſed antecedat eam. Cat. Rom. pa. 419. Verũ in eo quem pœnitet, fides pœnitentiã antecedat, neceſſe eſt, neq; enim poteſt quiſquam ſe ad DEVM cõuertere, qui fide careat, ex quo fit, vt nullo modo pœnitẽtiæ pars rectè dici poſsit.

Quòd

Quòd pœnitentiæ tanta ſit virtus, cui Sacræ literæ regnum cœlorum promittant. Catech. Rom. pag. 422. Hiſce igitur quaſi gradibus ad hanc præſtantiſsimam pœnitentiæ virtutem peruenitur: quæ prorſus diuina, & cœleſtis virtus exiſtimanda eſt, cui ſcilicet regnum cœlorũ Sacræ literæ pollicentur. XIIII.

Quòd huiuſmodi ſit diſcrimen inter Baptiſmum & pœnitentiæ Sacramentum: quod in Baptiſmo donatur gratuita reconciliatio, & remiſsio peccatorum, ſine noſtris operibus, propter meritum & ſatisfactionem Christi: Sed lapſis poſt Baptiſmum non tam facilis, liberalis, & gratuita patet via ad remiſsionem peccatorum: nam pœnitentia eſt laborioſus Baptiſmus. Trid. Concil. ſeſs. 4. cap. 2. Ad quam tamen nouitatem, & integritatem per Sacramentũ pœnitentæ, ſine noſtris magnis fletibus & laboribus, diuina id exigente iuſticia, peruenire nequaquam poſſumus. XV.

In Baptiſmo nouam vitam homo accipiens, fit per gratiam Baptiſmalem nouus homo, & ideò nullus reatus penè remanet in eo pro præcedenti peccato. Sed in pœnitentia homo non mutatur in aliam vitam: quia non eſt regeneratio, ſed ſanatio quædam. Thom. 4. d. 18. q. 1. a. 1. XVI.

Quod Sacramentũ pœnitentæ, quod con- XVII.

ſiſtit

ſiſtit in actione hominis, contritione, confeſsione, & ſatisfactione: remittat peccata, ſicut Baptiſmus. Thomas 4. diſtinct. 17. q.3. arti. 5. quia in Sacramento pœnitentiæ gratia infunditur, per quam fit remiſsio peccatorum, ſicut in Baptiſmo.

XVIII. Quòd per gratiam quidem liberemur à culpa, ſed per Sacramentum pœnitentiæ à pœna peccati. Compend. Theol. lib. 6. cap. 22. Nota quod à reatu peccati liberamur per gratiam: à ſequelis autem peccatorum per pœnitentiam: à miſeria verò per gloriam.

XIX. Quòd ſemel tantùm pœnitentia ſit vtilis, neque ea ſit iteranda. De pœnit. diſt. 2. Alij dicunt, pœnitentiam ſemel tantùm eſſe vtilem. Vnica eſt enim, nec iterari poteſt: ſi verò reiteatur præcedens, pœnitentia non fuit, etſi de ſentētia iudicis eius merito peccata videntur eſſe remiſſa, apud tamen eius præſentiā, cui omnia futura præſentia ſunt, nunquā habentur remiſſa, quia non eſt ſeruata illa ſententia veri ſacerdotis: Vade & noli amplius peccare. Item: Lomb. lib. 4. diſt. 24. In grauioribus enim criminibus ſemel tantùm conceditur pœnitentiæ locus. Item: Et illa non eſt iteranda pœnitentia pro reuerentia Sacramēti, ne vileſcat & contemptibilis fiat hominibus.

DE CON-

DE CONTRITIONE.

Quòd contritio ſit dolor voluntariè pro peccatis adſumptus, cum propoſito confitendi & ſatisfaciendi. Compend. Theol. lib. 6. cap. 24. XX.

Quòd duplex ſit dolor in contritione: vnus voluntatis, alter ſenſualis, quòd primus ſit de eſſentia cõtritionis, alter verò non requiratur de contritionis neceſsitate. Compend. Theol. lib. 6. cap. 24. In contritione duplex eſt dolor, Vnus eſt voluntatis, qui non eſt aliud quàm peccati diſplicentia: alius eſt ſenſualis. Primus eſt de eſſentia contritionis: ſecundus verò dolor non requiritur de neceſsitate contritionis, ſed eius perfectione: quia talis dolor non eſt in noſtra poteſtate. XXI.

Nota quòd dolor contritionis ſenſibilis ſeu ſenſualis triplex eſt: Deficiens, ſufficiens, & præueniens. Primus trahit ad infernum: Secundus ad purgatorium: Tertius ad Paradiſum. Compend. Theol. ibidem. XXII.

Quòd ſit diſcrimen inter attritionem & contritionẽ. Attritio eſt imperfecta cõtritio. Cõtritio dicitur cũ gratia tritio. Comp. The. lib. 6. cap. 24. Differentia eſt inter attritionem & contritionem, ſicut inter formale & formatum: Contritio dicitur cum gratia tritio: XXIII.

tio: quia gratia adſociatur motui exiſtendi in anima, & illam informat, quamuis non eliciat: & hoc modo attritio fit cõtritio: quia actus ille ſimplex manens in anima formatur adueniente gratia, ſicut color adueniente luce.

XXIIII. Docent quòd contritio nõn ſit opus Spiritus ſancti, ſed ſit actus voluntatis vi liberi arbitrij elicitus. Catech. Rom. pag. 437. Contritio enim eſt actio voluntatis. Item: Tapp. art. de lib. arbi. pag. 297. Poteſt etiam homo poſt mortale peccatũ admiſſum per liberum arbitrium verè pœnitere: DEO tamen ipſum præueniente & oſtendente peccatum.

XXV. Docent perfectam oportere eſſe contritionem, & tantum dolorem ſuſcipiendum eſſe ex peccatis, vt maior cogitari non poſſit. Catech. Rom. pag. 439. Summum verò & maximum dolorem ex peccatis quæ commiſſa ſunt, ſuſcipiendum eſſe, ita vt nullus maior excogitari poſsit, facilè erit hiſce rationibus demonſtrare. Nam cùm perfecta contritio ſit charitatis actio, quæ ab eo timore qui filiorum eſt, proficiſcitur: par eundem charitatis & modum ſtatuendum eſſe. at quoniam charitas, qua DEVM diligimus, perfectiſsimus eſt amor, hinc fit vt contritio vehementiſsimum animi dolorem coniunctum habeat. Et paulò poſt:

Sc

Sit præterea non solùm maxima, sed vehementissima, atque adeò perfecta peccati detestatio, cui nullus modus definiatur.

Docent quòd homo non teneatur ad aliquam contritionem de venialibus. Scotus libro 4. distinct. 17. arti. 3. Nec aliquis tenetur ad aliquam contritionem de venialibus: imò in actuali voluntate, vel actu venialis, moriens saluabitur: vapulabit tamen. XXVI.

Docent ad singula crimina mortalia proprium dolorem contritionis adhibendum esse. Catech. Rom. pag. 442. Maximè autem hortandi & monendi sunt fideles, vt ad singula mortalia crimina proprium contritionis dolorem adhibere studeant. XXVII.

Docent contritionis dolorem tantum esse posse, vt doloris acerbitas cum magnitudine scelerum æquari posſit. Catechis. Roma. pagina 450. Vt enim hoc concedamus contritione deleri peccata, quis ignorat illam adeò vehementem, acrem, incensam, esse oportere, vt doloris acerbitas cum scelerum magnitudine æquari conferrique posſit? XXVIII.

Veræ contritionis eam vim esse vt peccata deleat, & omnium peccatorum veniam à DEO impetret. Catech. Rom. pa. 447. Ex quo cognoscere licet, veræ cõtritionis de qua suprà dictũ est, eam vim esse, vt illius beneficio XXIX.

ficio omnium delictorum veniam statim à Domino impetremus. Item: ius Cano. de pœnit. dist.1. Ergo sola contritio, in qua sit resuscitatio, tollit peccatum. Item: Lomb. lib.4. dist.17. Sanè dici potest quòd sine confessione oris, & solutione pœnæ exterioris, peccata delentur per contritionem & humilitatem cordis. Item: Spongia peccatorum tuorum lachrymæ tuæ sunt.

XXX. Docent quòd per contritionem æterna supplicia mutentur in temporales pœnas. Lomb. lib.4. dist.17. Quòd si ipsi sui iudices fiant, & veluti suæ iniquitatis vltores, hic in se voluntariá pœnam seuerissimæ animaduersionis exerceant: temporalibus pœnis mutabunt æterna supplicia: & lachrymis ex vera cordis contritione fluentibus, restinguent æterni ignis incendia.

XXXI. Docent quòd contritio in tantum possit intendi, quòd non solum culpa, sed tota pœna dimittatur: hoc autem potest fieri dupliciter: Vno modo ex parte charitatis, quæ displicentiam peccati causat: quia quandoque contingit tantum charitatem intendi in actu quod contritio inde sequens merebitur absolutionem ab omni pœna, vt Magdalena. Alio modo fit istud ex parte doloris sensibilis, quem voluntas in contritione excitat: quia ille dolor quædam pœna est, quæ tantum

tum

tùm poteſt intendi quòd ſufficiat ad deletionem culpæ & pœnæ. Compend. Theol. lib. 6. cap. 24. Thomas 4. diſt. 17. q. 2.

Docent quòd homo non poſsit eſſe certus, quando ſatis ſit contritus. Thomas 4. diſt. 17. q. 2. a. 5. Ad 1. ergo dicendum quòd aliquis non poteſt eſſe certus, quòd contritio ſua ſit ſufficiens ad deletionem pœnæ & culpæ: & ideò tenetur confiteri & ſatisfacere. XXXII.

Docent pernicioſam eſſe doctrinam, quòd contritio ſit error conſcientiæ. Tappe. art. de contritione. pag. 179. Pernicioſa eſt doctrina, quòd contritio eſt terror conſcientiæ propter adprehenſum gehennæ ſupplicium. XXXIII.

DE CONFESSIONE.

Docent confeſsionem Sacramentalem à Chriſto Domino eſſe inſtitutũ. Trid. Cõ. ſeſs. 4. c. 5. Ex inſtitutione Sacramenti pœnitentiæ iam explicata: vniuerſa Eccleſia ſemper intellexit inſtitutã eſſe à Domino integrã peccatorũ confeſsionẽ, & omnibus poſt Baptiſmum lapſis iure diuina neceſſariam exiſtere. XXXIIII.

Oportere à pœnitentibus omnia peccata mortalia, quorum poſt diligentem ſui diſcuſsionem conſcientiam habent, in confeſſione ſacerdoti recenſeri, etiamſi occultiſsima ſint. Trid. Concil. Seſs. 4. cap. 5. XXXV.

XXXVI. Quòd oporteat eas circumſtantias, quæ peccati ſpeciem mutant, in confeſsione explicari. Tri. Con. Seſs. 4. c. 5. Colligitur pręterea, etiam eas circumſtantias in confeſsione explicandas eſſe, quę ſpeciē peccati mutant.

XXXVII. Quòd omnes qui ad annum diſcretionis peruenerũt, ſaltem ſemel in anno pręceptum confeſsionis implere debeant. Lateranenſe Concilium, allegantibus patribus in Concilio Trid. Seſs. 4. cap. 5.

XXXVIII. Quòd per confeſsionem fiat veniale peccatum, quod opere fuit criminale. Ius. Can. l. de pœnit. diſt. 1. Fit enim veniale per confeſsionem, quod criminale erat operatione.

XXXIX. Quòd confeſsio deleat peccata. Catech. Rom. pa. 459. Neq; peccatorum veniam impetramus à Domino, niſi ea pœnitentia Sacramentum per confeſsionem deleat.

XL. Quòd confeſsio à morte liberet, Paradiſum aperiat, & ſpem ſalutis tribuat. Lomb. lib. 4. diſt. 17. Confeſsio à morte animam liberat, confeſsio aperit Paradiſum, confeſsio ſpem ſalutis tribuit, Quia non meretur iuſtificari, qui in vita ſua non vult peccatum confiteri.

XLI. Quòd confeſsio facta Sacerdoti tempore quadrageſimæ, acceptabilior ſit DEO, quàm alijs temporibus facta. Trid. Concil. Seſs. 4. capite 5. Mos ille ſalutaris confitendi ſacro

& maxi-

&maximè acceptabili tempore quadragesimæ.

Quòd confeſsio ſimul cum abſolutione habeat vim liberandi à pœna dupliciter: vno modo ex ipſa vi abſolutionis: & ſic quidem liberat in voto eximens à pœna æterna: ſicut & à culpa, quæ quidem eſt pœna condemnans & ex toto exterminans, à qua homo liberatus, manet adhuc obligatus ad pœnam temporalem: alio modo diminuit pœnam ex ipſa natura actus confitentis, qui habet pœnam erubeſcentiæ annexam. Thomas 4. diſt.17.q.3.art.5. XLII.

Quòd quantò aliqs pluries de eis peccatis confitetur, tantò magis pœna diminuatur. Thomas 4.diſt.17.quæſt.3. XLIII.

Quòd confeſsio debeat habere XVI. conditiones, inde ſunt verſus: XLIIII.

Sit ſimplex, humilis, confeßio pura, fidelis,
Atq; frequens, nuda, diſcreta, libens, verecunda,
Integra, ſecreta, lachrymabilis, accelerata:
Fortis & accuſans, & ſit parere parata.

Thomas 4.diſt.17.q.3.art.4.

Quòd confeſsio ad hoc neceſſaria ſit in Pœnitentia, vt pœna ſecundum arbitrium Sacerdotis peccato taxetur. Tho.4.d.17.q.3. XLV.

Quòd de neceſsitate Sacramenti ſit vt quis proprio Sacerdoti cõfiteatur. Th.4.d.17.q.3. XLVI.

Quòd confeſsio ſit actus virtutis & pars XLVII.

 Sacra-

Sacramenti, secundum quod est actus virtutis, est actus meritorius: & sic confessio nō valet sine charitate, quæ est principium merendi. Thomas 4.d.17.q.13.art.3.

XLVIII. Quòd confessus & absolutus minus punietur in purgatorio, quàm contritus tantùm. Thom.4.d.17.q.3.art.5.

XLIX. Quòd confessio has octo circumstantias habere debeat:

Quis, quid, vbi, quos, quoties, cùm, quomodo, quando
Peccasti dices, vt sit confeßio vera.

Meth.confess.pag.216.

Item circũstantiæ aggrauantes peccatum his versibus notantur:

Aggrauat ordo, locus, mora, causa, scientia, tempus:
Lucta pusilla, modus, culpæ genus & status altus:
Conditio, numerus, ætas, & scandala, sexus.

Compend. Theol. de confess. lib.6.

L. Quamuis peccata alicui⁹ nota sunt Sacerdoti, tamē oportet ea confiteri: quia nō sunt ei nota vt iudici. Comp. Theol. lib.6.cap.2[illegible]

LI. Quòd quatuor sint casus, in quibus quis tenetur iterare confessionem, quorum duo sunt propter confessorem, & duo propter confitentem. Primus si deficit confessori clauis potentiæ, eò quòd non habet potestatem ab illo peccato absoluere. Secundus est, si deficit ei clauis Scientię: quia nescit discernere. Tertius est, si confitens dimidi-

uitconfeſsionem : oportet enim quòd vni fiat cõfeſsio integrè, omniũ quæ habentur in memoria. ſi verò aliqua exciderant à memoria, non ideò debet confeſsio reputari dimidiata. Quartus eſt, ſi cõtempſit ſeu neglexit, ſeu oblitus eſt ſanctificationẽ: nam ſi ſciret & implere vellet, nõ oporteret confeſsionem iterare. Comp. The. lib. 9. cap. 25.

DE ABSOLVTIONE.

Docent Pontificij quòd abſolutio non ſit ſola Euangelij & remiſsionis peccatorũ annunciatio: ſed multò magis actus iudicialis, in quo fit cognitio criminum, & collatio peccati, & mulctæ imponendæ. LII.

Trid. Concil. ſeſs. 4. cap. 6. Quamuis autem abſolutio alieni beneficij ſit diſpenſatio: tamen non eſt ſolũ nudum miniſterium, vel annunciandi Euangeliũ, vel declarandi, remiſſa eſſe peccata: ſed ad inſtar actus iudicialis, quo ab ipſo velut à iudice ſententia pronunciatur.

Quòd tantùm Epiſcopi & ſacerdotes habeant poteſtatem abſoluẽdi peccata. Catech. Rom. pag. 465. ſed iam de miniſtro huius Sacramenti dicendum eſt. Eum autem ſacerdotem eſſe qui ordinariam aut delegatam abſoluendi poteſtatem habeat, ex Eccleſiaſticis LIII.

ſanctionib. ſatis adparet: habeat enim opor-tet, non ſolùm ordinis, verùm etiam iuriſdictionis poteſtatem, qui hoc munere fungi debet.

LIIII. Docent quoque, Sacerdotes qui peccató mortali tenentur per Spiritus ſancti virtutem in ordinatione collatã, tanquam Chriſti miniſtros, functionem remittendi peccata exercere. Trid. Concil. Seſs. 4. cap. 6.

LV. Docent quòd nullius momenti ſit ea abſolutio, quam Sacerdos in eum profert, in quèm ordinariam, aut ſubdelegatam non habet iurisdictionem. Trid. Con. Seſs. 4. c. 7.

LVI. Docent non poſſe fieri abſolutionem, niſi facta fuerit confeſsio, ſcilicet, enumeratio omnium mortaliũ peccatorum. Trid. Con. Seſs. 4 Can. 9. Si quis dixerit nõ requiri confeſsionem pœnitentis, vt Sacerdos eum abſoluere poſsit, anathema ſit.

LVII. Docent abſolutionem peccatorum non tantùm in nomine Ieſu Chriſti debere fieri, ſed & beatæ Mariæ, & omnium Sanctorum, & noſtrorum etiam operum: vnde eſt hæc communis & blaſphemię plena forma abſolutionis, qua in monaſterijs ſunt viſi: Meritum paſsionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & beatę Marię ſemper virginis, & omnium ſanctorũ, meritum ordinis & grauamen religionis, humilitas confeſsionis, con-

tritio-

tritio cordis, Bona opera quę fecisti & facies, pro amore Domini nostri Iesu Christi, cedāt tibi in remissionem peccatorum, in augmentum meriti & gratiæ, & in præmium vitæ æternæ, Amen.

Absolutionem à peccatis pronunciant etiam Laicis lingua latina, & vulgo ignota. LVIII.

Docent virtute absolutionis pœnam æternam mutari in temporalem. Scotus 4.d.21. q.1. Quia ex quo in remissione peccatorum priori, commutabatur delictum pœnæ æternæ in debitum pœnæ temporalis: nunquam iste est debitor pro illis, nisi pœnę temporalis. Item: Tapp. articulo 6.p.243. Cõmutatur autẽ pœna futuri seculi in eã, quæ est præsentis vitæ, arbitrio Sacerdotis, virtute clauiũ, quando pro peccatis cõfessis imponitur in pœnitentiam oratio, vel ieiunium, vel eleemosyna, quæ tunc succedunt in locum prioris pœnæ, per se peccato debitæ. LIX.

Docent virtute clauium, non totam pœnam remitti, sed pacem. Thomas 4. dist.18. q.1. Dicendum quòd nõ remittit totam pœnam temporalem: sed partem. LX.

Quòd virtute clauium aliqua pœna purgatorij remittatur. Tho.4.d.18.q.1. Ideò ex vi clauiũ quę operatur in Sacramento pœnitentiæ nõ tota pœna remittitur, sed aliqd de pœna tẽporali; cuius reatus post absolutionem LXI.

à pœna æterna remanere potuit, nec solùm à pœna illa, quam habet vel suscipit ab ea pœnitens, in confitendo: quia sic confessio & sacerdotalis absolutio nõ essent nisi in onus, quod competit sacramentis nouæ Legis: sed etiam de illa pœna, quæ in purgatorio debetur aliquid remittitur, vt minus à purgatorio puniatur absolutus ante satisfactionem decedens: quàm si ante absolutionẽ decederet.

DE CASVVM RESERVATIONE.

LXII. Quòd atrociora crimina à summis tantũ sacerdotib⁹ absolui poßint. Trid. Cõ. Seß. 4 c. 7. Magnopè verò ad Christiani populi disciplinã pertinere sanctißimis patribus nostris visum est, vt atrociora quædam & grauiora crimina non à quibusuis, sed à summis duntaxat sacerdotibus absoluerentur.

LXIII. Quòd Pontifex Rom. & cæteri Episcopi habeant ius reseruandi casus suo peculiari iudicio. Trid. Concil. Seß. 4. ca. 7. Vnde meritò Pontifices maximi, pro suprema potestate sibi in Ecclesia vniuersa tradita causas aliquas criminũ grauiores sua potuerunt peculiari iudicio reseruare.

Peccata reseruata summo Pontifici sic recẽsentur: Enormis mutilatio clerici, simonia,

com-

combuſtio templorum, inſtrumentorũ apoſtolicorum falſificatio, ſacrum factum tempore excommunicationis maioris, aut interdicti à rebus diuinis.

Excipiuntur pueri, Monachi, vetuli, pauperes, mulieres, & quibus propter bellum ad Papam non patet acceſſus, aut qui aliud legitimum & neceſſarium habent impedimentum: tales enim ab Epiſcopo ſuo poſſunt abſolui à prædictis criminibus.

Ab Epiſcopo Pariſienſi anno 1515. hæc reſeruata ſunt: Homicidium, ſortilegiũ, ſacrilegium, hæreſis, ſimonia, adulteriũ, ſtupra & raptus virginum, & mulierũ honeſtè viuentium: Conſtrupatio ſanctimonialium, inceſtus cum ſanguineis, & adfinibus intra quartum gradum. peccatum Sodomiticum: fornicatio cum ea, quam de ſacro Baptiſmi lauacro ſuſceperis, aut in confeſsione audiueris, Matrimonij cõtractus aut clandeſtinus, aut contra Eccleſiæ probibitionem, procuratio ſterilitatis aut abortiui, luxuriari in Eccleſia conſecrata, vide reliqua, &c.

Quòd caſuum reſeruatio non tantùm in externa politia, ſed etiam coram DEO valeat. Trid. Con. Seſs. 4. cap. 7. Hanc autem delictorum reſeruationem conſonum eſt diuinæ authoritati non tantùm in externa politia, ſed etiam coram DEO valere. Item: LXIIII.

Canon. 11. Si quis dixerit Episcopos non habere ius reseruandi sibi casus, nisi quò ad externam politiam, atq; ideò casuum reseruationem non prohibere, quò minus Sacerdos à reseruatis verè absolu t, anathema sit.

DE SATISFACTIONE.

LXV. Docent Satisfactionem esse persolutionem pœnæ plerunq; adhuc debitæ, remissa iam culpa. Tapp. artic. 6. Item Catech. Rom. pag. 475. Est autem satisfactio rei debitæ integra solutio: Quare cum de gratiæ reconciliatione loquimur, idē satisfacere significat quòd alteri tantum præstare, quantum iratæ animo ad vlciscendā iniuriā satis esse possit, atq; ita satisfactio nihil aliud est, quā iniuriæ alteri illatæ cōpensatio. Quòd autem ad hunc locū pertinet, satisfactionis nomen diuinarū rerum doctores ad declarādam eam compensationē vsurpârunt, cùm homo pro peccatis cōmissis DEO aliquid persoluit.

LXVI. Docent quòd opera satisfactoria sint pura oratio, ieiunium, eleemosyna, quæ confitenti iniunguntur, & ad pœnitentiæ Sacramentū pertinent. Eccius Enchi. de satisfact.

LXVII. Docent satisfactionem oportere fieri per opera pœnalia, quia oporteat opus bonū esse pœnale, vt aliquid subtrahat peccatori, si debeat esse satisfactoriū. Tho. 4. d. 15. q. ar. 4

Docent

Docent temporales adflictiones à DEO nobis inflictas, si patienter sustineantur, esse satisfactiones pro peccatis. Trid. Con. Sess. 4. ca. 9. Docent præterea tantam esse diuinæ munificentiæ largitatẽ, vt non solùm pœnis sponte à nobis pro vindicandis peccatis susceptis, aut Sacerdotis arbitrio pro mensura delicti impositis, sed etiam (quod maximũ amoris argumentũ est) temporalib⁹ flagellis à DEO inflictis, & à nobis patienter toleratis, apud DEVM Patrem per Christum Iesum satisfacere valeamus. LXVIII.

Docẽt culpa à Domino remissa, remanere pœnã ꝓ qua sit satisfaciendũ. Tri. Cõ. sess. 4. Ca. 12. Si quis dixerit totam pœnã simul cum culpa remitti semꝑ à DEO, satisfactionẽq; pœnitentiũ nõ esse aliã quàm fidẽ qua adprehẽdunt Christũ ꝑ eis satisfecisse anathema sit. LXIX.

Quòd satisfactio respiciat & præteritam & futuram culpam: præteritam pro cuius offensa recompensationẽ facit: futuram culpã, contra quam est medicina saluans. Thomas 4. dist. 15. quæst. 1. art. 7. LXX.

Quòd vnus pro alio satisfacere posit, quã tum ad satisfactionẽ debiti: modò sit in charitate, vt opera eius satisfactoria esse posint. Thomas 4. d. 20. q. 1. art. 2. LXXI.

Quòd pro alio satisfaciens ad minorẽ pœnam præstandã obligetur, Thom. 4. d. 20. q. 1. artic. LXXII.

artic. 2. quia maior charitas adparet in hoc, quod aliquis pro altero ſatisfacit, quàm ſi ipſe ſatisfaceret, ideò minor pœna requiritur in eo, qui pro altero ſatisfacit, quàm in principali requireretur.

LXXIII. Quod ſatisfactio debet reſpondere culpæ in tribus: in numero, in pondere, in tempore. Tanto tempore debet eſſe amaritudo in pœnitentia, quanto fuit in culpa. Compend. Theol. lib. 6. cap. 29.

LXXIIII. Docent quod pro peccato originali non debeat fieri ſatisfactio: quia pro peccato originali non debetur niſi pœna damni: pœnitentia autem importat pœnam ſenſus. Thomas. 4. d. 16. q. 1. art. 2.

LXXV. Docent quòd cum ſatisfaciendo patimur pro peccatis, Chriſto Ieſu qui pro noſtris peccatis ſatisfecit, ex quo omnis noſtra ſufficientia ſit, conformes efficiamur. Trid. Concil. Seſs. 4. cap. 8.

LXXVI. Docent quòd diuinam clementiam deceat, ne nobis abſque vlla ſatisfactione peccata dimittantur. Trid. Concil. Seſs. 4. ca

LXXVII. Docent quòd noſtris ſatisfactionibus vis meriti & ſatisfactionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, adeò non obſcuretur, neq; aliqua ex parte imminuatur, quod ijs potius illuſtretur & cõmendetur. Catech. Rom. pag. 4

LXXVIII Operibus ſatisfactionis, quæ ſunt om

tio, ieiunium, eleemoſyna, iuxta Catech. Rom. pag. 487. hos tribuunt effectus, quòd redimant delicta, quòd abluant ſordes animæ, quòd placent DEUM, eumque reddant propicium, quòd extinguant peccata. Lind. lib. 4 cap. 27. Item Catech. Rom. pag. 478. Satisfactionem eſſe purgationem, qua eluitur quicquid ſordiũ propter peccati maculam in anima reſedit, atq; à pœnis tempore definitis, quibus tenebamur, abſoluimur.

Docent pœnam æternam per contritionem dimitti: ſed pœnam temporalem per ſatisfactionem. Thomas 4. d. 17. q. 3. ar. 5. LXXIX.

Docent quòd nullus hominum ſcire poſſit certitudine fidei, quòd pro ſuis delictis plenè ſatisfecerit. Andra. libro 6. pag. 544. De me id certè teſtari poſſum, quod certiſſime credo, & nulla ratione dubito, mihi ad iuſticiam aditum patere, ſi ſyncera fide, veraque pœnitentia, ad diuinæ gratiæ thronum acceſſero: Sed an id verè & integrè aliquando præſtiterim, conſtare mihi certè nunquã potuit, neque alicui conſtabit vnquam, niſi ſingulari Dei beneficio illi fuerit diuinitùs reuelatum. LXXX.

Quòd tria magna bona nobis proueniant ex ſatisfactione: ſcilicet impetratio gratiæ, remiſſio pœnæ, expurgatio reliquiarum culpæ. Compend. Theol. libro 6. cap. 30. LXXXI.

Docent

LXXXII. Docent Laico pro homicido ſeptennem pœnitentiam eſſe imponendam: Sacerdoti pro fornicatione decem annorum pœnitentiam. Thomas 4.d.20.q.1.art.2.

LXXXIII Docent tres modos eſſe ſatisfaciendi pro
256. peccatis mortalibus, & ea expiandi:

Quadragenas. 40. dierũ. Septenas. 7. annorũ. Carena. 40. dierũ, & 7. annorũ. Roſarius pag. 3. titulo de pœnitentia.

Notandum quòd indulgētiæ conceduntur varijs modis, & exprimũtur diuerſis vocabulis. Carina ſeu Carena ſecundũ gl. ſuper cano. accepiſti deſponſa duorũ, eſt vulgare Italicorũ. Et dicitur Carina à carentia hominum, vel etiã cibariorum. nã in illis 40. diebus homines includuntur in aliquo loco ſecreto iuxta Eccleſiã vbi nõ habent conſortiũ hominũ. vnde & in ſuprà dicto Accepiſti, iniungitur cuidam, qui acceperat quandam in vxorem, quã alter ſibi deſponſauit, quòd faciat carinã, id eſt 40. in pane & aqua, cum ſeptem ſequētibus annis pœniteat. vt enim colligitur ex geſtis ſummorũ Pontificũ, differentia eſt inter ſeptenã, vel ſeptenariã: quadragenã & carenã, quæ etiam carentena aliquãdo dicitur. Nã Clemens Papa, prius inſtituit quadragenam, per quam deſignauit pœnitentiam 40. dierum cum ſeptem annis ſequentibus. quã pœnam iniungebat ratio-

ne vni-

ne vnius peccati mortalis, ita quod per istos 40. dies pœnitentes excludebātur ab Ecclesia, & incedebant capite discooperto, sparso crine, & per eosdē dies iniungebatur eis pœnitentia septennis, videlicet q; per eosdem 7. annos ferijs secundis semel vterentur lacticinijs: quartis ferijs vno ferculo cōcernente ieiuniū: Sextis verò ferijs habeāt tria frusta panis, cinere intinota. Et intra hos septē annos non vtebantur carnibus, nec vino, nec etiam lecto, nec balneo: sed dormiebant in terra aspera, vel etiā lapide. Quibus annis repletis, licuit ipsos primò cōmunicare corpore dominico. Septenā autem Innocen. Papa iniungebat prius pro vno mortali peccato, sicq; die Dominico debebant vti lacticinijs bis in die: feria secunda ieiunare vno ferculo concernente ieiuniū: feria tertia vtebātur bis lacticinijs, siue ouis: feria quarta vtebantur pane & potu aliquo semel in die: feria quinta similiter lacticinijs & ouis: feria sexta solo pane & aqua simul: Die verò Sabbathi ibant peregrinatū p Ecclesias, visitādo limina sanctorū, quādo meli⁹ potuerunt comedere lacticinia semel. Quib. expletis, præhabita absolutione licuit ipsos communicare corpore dominico: & vocabat̃ huiusmodi pœnitētia septenaria, vel septena Innocētij. sed carena, siue carētena, erat pœna includēs pœnitentiā quadra-

quadragenæ,& ſeptenæ: quia ſic pœnitentes abſtinebant cibis,& à conuerſatione hominum,& ieiunabant in pane & aqua 40. diebus. Item poſt hoc imponebatur eis ſeptenalis pœnitentia, iuxta arbitrium ſacerdotis, vt ieiunarent qualibet ſeptimana vnum diem,& dicerent certas orationes, aut facerent aliqua pia opera: quæ pœnitentia iniungebatur pro quolibet peccato mortali, ſecundum canones, licet modò canones pœnitentiales ſint arbitrariæ: Modò autē Papa dans quadragenam, vel ſeptenam, vel carenam in literis indulgentiarum prætendit abſoluere illos, qui debitè vtuntur indulgentijs, vel tantam gratiam conferre remiſsionis, quantā iſti per eaſdem pœnitentias meruerunt:& ſic per annum pœnitentialem confert tantam gratiam remiſsionis, quantam homo meretur per ſe pœnitendo per annum.

ANTIDOTA.

Hoc ſanè immenſum eſt pelagus errorum & blaſphemiarum, quibus Pontifici vniuerſum orbem inundârunt. Huic iam agger nō exiguus obijciendus erat, ne inundatione ſua atque procellis ipſam etiam Eccleſiam opprimat: ſed id præſtitum eſt DEI beneficio à multis. Nos inſtitutum noſtrum

ſequemur. Tota aquarum moles ex illo fonte ſcaturit, quòd fingunt operibus contritionis, confeſsionis, ſatisfactionis, hominem mereri remiſsionem peccatorum. Hunc fontem vno lapide obſtruimus, teſtimonio nimirum Pauli, Gal.2. Si iuſticia eſt ex operibus Legis, Chriſtus fruſtrà mortuus eſt. Item: Roman.3. Propterea quòd non iuſtificabitur coram DEO ex operibus Legis vlla caro. Hunc fortiſsimum aggerem verbi DEI, quantumuis ingens errorum pelagus, neq; transſilire, neque vi ſua perrumpere poteſt. Obicem etiam ponimus iſti Papiſtico mari blaſphemiarum dictum Chriſti, Marc.1. Pœnitentiã agite & credite Euangelio, quæ ſententia liquidò ponit duas pœnitentię partes: contritionem & fidem: quemadmodum ac Paulus Act.20. teſtificãs Iudæis ſimul & Græcis, eam quæ erga DEVM eſt, pœnitentiam & fidem quæ eſt erga Dominũ noſtrum Ieſum. Præterea errores Papiſtici de contritione refelluntur his dictis: Ioan.2. Ieſus Chriſtus eſt propiciatio noſtra pro noſtris peccatis, non pro noſtris tantùm: ſed etiã pro peccatis totius mundi. Item: Rom.3. Iuſtificamur gratis, gratia ipſius, per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu, quẽ propoſuit propiciatorium in ſanguine ipſius per fidẽ. Item: Ecce agnus DEI, qui tollit peccata mundi. Hæc dicta te-

ſtantur contumeliam fieri Filio DEI, cum adſeritur, contritione deleri peccata, pro quorum expiatione Chriſtus ſuum effudit ſanguinem. Non poſſe talem exiſtere contritionem in homine, qualem Pontificij requirũt, quę ſcilicet magnitudini peccati reſpondeat, teſtatur Dauid: Si iniquitates obſeruaueris Domine, Domine quis ſuſtinebit. Item DEVS eſt ignis conſumens. Deut. 4. Figmentum de auriculari confeſsione & enumeratione delictorum refellit dictum Pſalm. Delicta quis intelligit, ab occultis meis munda me Domine. Eſt ergo enumeratio impoſſibilis. DEO autem faciendam eſſe confeſsionem, diſcimus ex Pſalmis: Dixi, confitebor aduerſum me iniuſticiam meam Domino & tu remiſiſti iniquitatem peccati mei. Item Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci: ut iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Errores de abſolutione & caſuum reſeruatione proſternit Chriſti mandatum: Sicut me miſit Pater: ſic & ego mitto vos. Quorumcunq; remiſeritis peccata, eis erunt remiſſa: & quorum retinueritis peccata, retenta erunt. Hoc enim dicto alligat Chriſtus omnes miniſtros Euangelij, Epiſcopos Paſtores & diaconos ad doctrinam ſuam: ut iuxta Euangelium pœnitentibus & credentibus remittant peccata, & iuxta Legem im-

pœnitentibus

pœnitentiũ retineant peccata. Qui crediderit, inquit Christus, & baptisatus fuerit, saluus erit: Qui autem nõ crediderit, condemnabitur. Item: Docete eos seruare omnia quæ ego docui vos.

Non ergo licet Episcopis reseruare casus suo arbitratu, aut adstringere hominũ conscientias pro libidine: sed tenentur singulis, Pœnitentiam agentibus, iuxta Euangelium remittere peccata, impœnitentib. verò iram DEI iuxta Legem denunciare.

Blasphemiæ Pontificiæ de satisfactione concidunt omnes sua sponte admoto hoc ariete, quòd sola passio Domini nostri Iesu Christi pro nostris & omniũ hominum peccatis plenè & sufficienter satisfecit, quod dicta illa testantur: Disciplina pacis super eum: & liuore eius sanati sumus. Item: Ecce agnus DEI, qui tollit peccata mũdi. Item: Quòd gratis nobis remittãtur peccata, iuxta dicta Gratis venundati estis, gratis redimemini. Item: Ies. 55. Vos omnes qui sititis, venite ad aquas, & hi, quibus non est pecunia, adeste, cibum comparate, & comedite: adeste, parate cibum sine argento & sine precio. Itẽ: Ephes. 2. Gratia saluati estis per Fidem, idque non ex vobis, DEI donum est: non ex operibus, ne quis glorietur. Item: Non ex operibus

Esa. 53.

Esa. 52.

Tit. 3. iuſticiæ, quæ faciebamus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit per lauacrum regenerationis. Item: Iuſtificati gratis, gratia ipſius, per redemptionem, quæ eſt
Rom. 13. in Chriſto Ieſu. Item: Non emiſti mihi pecunia calamum: ſed ſeruire me feciſti in peccatis tuis. Et quia totum figmentum de ſatisfactionibus pugnat cum Euangelio Ieſu Chriſti, meritò audiunt Pontificij: Si quis aliud Euangelium docuerit, ſit anathema. Gal. 1.

Eſa. 43.

X. LOCVS.

DE FIDE

Errores Pontificiorum.

I. Pontificij docent Fidem non ſignificare
257. fiduciam miſericordiæ DEI propter Chriſtum remittentis peccata, & recipientis nos in gratiam: ſed tantùm noticiam hiſtoriæ de Chriſto, & adſenſum doctrinę. Catech. Rom. pag. 15. Sed quoniam in Diuinis literis multiplex eſt Fidei ſignificatio, hic de ea loquimurcuius vi omninò adſentimur ijs, quæ tradita ſunt diuinitùs. Item: Trid. Con. Seſs. 6. Cã. 21. Si quis dixerit, fidem iuſtificanté nihil aliud eſſe quàm fiduciam diuinæ miſericordiæ, peccata remittentis propter Chriſtum, vel eam fiduciã ſolam eſſe qua iuſtificamur, anathema ſit.

Ponti-

Pontificij Fidem distinguunt, aliam vocant informem, aliam formatam. Compen. Theol. lib. 5. cap. 19. Accidentalis cognitio triplex est: prima est acquisita per rationes naturales, quam habuerunt Philosophi, & hæc dicitur scientia. Secunda est quæ habetur testimonijs scripturarum & miraculorum, & hæc cognitio dicitur informis. Tertia est quę habetur per infusionem gratiæ gratum facientis, & hæc dicitur fides formata. II.

Rursus distinguunt fidem in explicitam & implicitam. Payua lib. 2. pag. 146. Cùm enim implicitum illud dicatur, quòd aliqua in re absconditũ latet: Fides implicita, constans est ac firma persuasio, quòd omnia Sacris literis contenta, & ab Ecclesia credita, vera sint, quantumuis mihi ignota sint. III.

Docent quòd plebs debeat præcipua capita explicitè credere: in alijs verò sufficit plebi fides implicita: Pastores verò debent habere fidem explicitam. Iacob. Payua lib. 2. pag. 141. Verùm plebs cuius potissimum est munus, maioribus fidẽ adhibere, & eorum præceptis obtemperare, nõ dubito quin præcipua fidei capita credere explicitè obligetur: vtpote DEVM trinum esse, ac vnum DEI Filium nostra sese mortalitate induisse, cruci affixum fuisse, mortem oppetijsse, vt hominũ scelera dilueret: à mortuis resurrexisse, IIII.

ad cœlos conſcendiſſe, ſub panis viniq; ſpeciebus verum ſubeſſe corpus ac ſanguinem, ac tandem reliqua omnia Chriſti myſteria, quæ Eccleſia anniuerſaria celebritate colit.

Abſtruſiora verò magiſque recondita religionis noſtræ myſteria, ſatis erit ſi rudis plebs implicitè credat, confiteaturq; omnia, quæ Sacris literis continentur, & Catholica docet Eccleſia, vera eſſe, parataque ſit animo, ea nunc explicatè credere, cùm illi conſtiterit inter fidei placita contineri: quibus profectò armis contra omne infidelitatis genus ſatis erat tuta.

Item: pag. 138. Nam qui Eccleſiæ ſunt Paſtores, doctorumq; munere perfunguntur, explicatius credere adſtringuntur omnia quæ Eccleſia vera eſſe docet.

V. Docent quòd errans in fidei myſterijs, quæ non tenetur explicatè credere, non ſit hæreticus. Andradius libro 2. pagina 14. Quare conſideratè admodum ab aliquibus magni nominis Theologis dictum eſt, quòd ſi quis rudis & imperitus in aliquibus abſtruſis magis & reconditis fidei myſterijs, quæ ille explicitè credere minimè adſtringitur ab Eccleſiæ primoribus quos fideles eſſe iudicat, decipiatur, non eſt fidei proditor & hæreticus habendus.

VI. Docent fidem iuſtificatem & mortuam

eandem esse genere, & vtrique eandem congruere definitionẽ. Catech. Rom. p.16. Fides autem quanquam latè pateat, & magnitudine ac dignitate differat. Est .n. fides sine operibus mortua, & fides quę per charitatem operatur: tamen est idem genere, & diuersis fidei gradib. eadẽ definitionis vis & ratio cõgruit.

Docent charitatem esse formã fidei. Tap. a.8. de iustifi. pa. 66. fides nõ operatur per dilectionem, sicut per instrumentũ, vt Domin⁹ per seruum, sed sicut per formam propriam. VII.

Docent fiduciam in Christũ etiam in impijs & hæreticis existere posse. Trid. Cõ. Sess. 6. c. 9. Cùm apud hęreticos & schismaticos possit esse, imò nostra tẽpestate sit & magna cõtra Ecclesiam Catholicã contentione prędicetur. Vana hæc & ab omni pietate aliena fiducia. VIII.

Docent Ethnicos potuisse habere fidem ex naturali cognitione DEI, & operib. creationis, etiã in genere & implicitè potuisse de Messia credere. Andr. lib. 3. p. 290. Has voces ad homines instituẽdos conflatas, tàm absonas atq; fuscas, tamq; inanes putabis, vt qui illis fuit mirabiliter DEI beneficio instructus, fide tamen præditus, & vera DEI cognitione exornatus dici nullo modo debeat: loquit̃ autẽ de operib. creationis, quę gentes cõsiderare potuerunt. Item: Quare qui hanc DEI prouidentiam perspectam habebãt & exploratam, IX.

ſimul ſanè intelligebant, nihil DEVM prætermiſſurum, vt homines ſempiterna felicitate perfruerentur, atque ita non prorſus ignoraſſe Chriſtum Ieſum crucifixũ, dicendi ſunt, &c.

X. Negant hominem Sola fide in Chriſtum, iuſtificari coram DEO. Trid. Concil. Seſſ.6. can.6. Si quis dixerit, Sola fide impium iuſtificari, anathema ſit.

XI. Docent homines fide præparari ad iuſtificationem: & fidem eſſe fundamentum ſeu initium iuſtificationis, nimirũ quia ſit primus habitus. Compend. Theol. lib. cap.19. Vel ideò fides eſt fundamentum gratiæ & gloriȩ, quia ipſa eſt primus habitus virtutum. Item: Trid. Concil. Seſs.6. cap.8. Cùm Apoſtolus dicit iuſtificari hominem per fidem, & gratis, ea verba in eo ſenſu intelligẽda ſunt, quem perpetuus Eccleſiæ Catholicæ conſenſus tenuit & expreſsit, vt ſcilicet per fidẽ ideò iuſtificari dicamur, quia fides eſt noſtræ ſalutis initium, fundamentum, & radix omnis iuſtificationis. Andra. lib.6. pag.537. Colligitur ideò iuſtificandi vim fidei in Sacris literis tribui, quia iuſticiam neceſſariò præit & præcurrit, atque animum ad iuſticiam accipiendam præparat & præmunit.

XII. Docent fidem non verſari circa priuatas actiones, ſed circa vniuerſalia, hoc eſt, homo

debe-

debet in genere credere, quòd, qui credit & baptiſatus fuerit, ſaluus erit: ſed non debet credere, quòd ipſe ſit ſaluus per fidem. Andr. lib.6.pa.543. Colonienſes multis & magnis argumentis oſtendunt, Fidem non ſpectare priuatas hominũ actiones, ſed de vniuerſalib. tantũ rebus agere. Euangelica enim doctrina docet, eos qui ſyncera fide, & ardenti charitate DEVM proſequuntur, iuſticiæ ornamentis illuſtrari, minimè tamen adſerit, an ipſe ea omnia habeam quæ ad iuſticiam comparandam ſunt neceſſaria.

Docent non Sola fide fieri adplicationem meritorum Chriſti, ſed ſimul ſpe & charitate. Andrad.lib.6.pag.538. Cùm igitur ex impijs iuſti efficimur, Chriſtus mentium ſanctificator, non quidem Sola fide, ſed ſpe atque charitate adprehenditur. XIII.

Palàm docent de clementi DEI erga nos voluntate ſemper in hac vita dubitandum eſſe. Trid. Con. Seſs.6.cap.9. Sed neq; illud adſerendum eſt, oportere eos qui verè iuſtificati ſunt, abſque vlla omninò dubitatione apud ſemetipſos ſtatuere, ſe eſſe iuſtificatos, neminemque à peccatis abſolui & iuſtificari, niſi eum qui certò credat, ſe abſolutum & iuſtificatum eſſe. Atque hac Sola fide abſolutionem, & iuſtificationem perfici. XIIII.

Docent nullum ſcire poſſe certitudine XV.

fidei se gratiam DEI esse consecutum. Trid. Concil. Sess. 6. cap. 9. Nam sicut nemo pius de DEI misericordia, de Christi merito, deque Sacramentorum virtute & efficacia dubitare debet: sic quilibet dum seipsum, suamque propriam infirmitatem & indispositionem respicit, de sua gratia formidare ac timere potest, cùm null⁹ scire valeat, certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam DEI esse consecutum.

XVI. Docent neminem debere statuere, se esse in numero prædestinatorum. Trid. Concil. Sess. 6. c. 12. Nemo quoque quàm diu in hac mortalitate viuitur, de arcano diuinæ prædestinationis mysterio vsque adeò præsumere debet, vt certò statuat, se esse omninò in numero prædestinatorum.

XVII. Docent non posse maiorem abominationem esse in conspectu DEI, quàm hæc præsumptio, qua miser peccator certò credit & statuit, sibi peccata per Christum remissa esse. Stanislaus Hosius de Hæresib.

XVIII. Docent dubitationem de remissione peccatorum & gratia DEI nō esse infirmitatem, sed virtutem, nempè humilitatem gratam DEO. Soto: Tutum & humilimū est, semper de DEI in nos gratia atq; præsentia dubitare.

XIX. Docent spei proprium esse posse falli. Cat. Colon. Dial. 4. pag. 108. Spes autem subinde falli-

fallitur, cùm alioqui ſpes non foret. Item: p. 122. Et ſanè certitudo ſpei non eſt tanta, vt quis ea niſus non debeat de ſalute ſua hæſitare: quádiu enim ſperamus, incerti ſumus, quemadmodũ vel ipſum nominis etymon nos perſpicuè edocet, ſcilicet:

Fallitur augurio ſpes bona ſæpè ſuo.

Docent fidem mereri vitam æternam. Catech. Rom. pag. 121. Hanc cœleſtium numerum admirabilem copiam ſalutaris illa commodorũ ſeries conſecuta eſt: primùm enim fidei noſtræ merito maximus cumulus acceſsit. XX.

Docent quolibet peccato mortali amitti gratiam, ſed non amitti fidem. Trid. Concil. Seſs. 6. cap. 15. Adſerendum eſt non modò infidelitate, per quam & ipſa fides amittitur: ſed etiam quocunque alio peccato mortali, quamuis non amittatur fides, acceptam iuſtificationis gratiam amitti. Tapp. pag. 89. Hæc fiducia iuſtificare nõ poteſt, nam & hác confidentiam habere poſſunt, qui obnoxij ſunt peccato mortali & ſupplicio æterno. XXI.

Docent ſpem noſtram magna ex parte pendere ab operibus patientiæ. Tapp. p. 143. XXII.

Docent ſine meritis aliquid ſperare, non eſſe ſpem, ſed præſumptionem. Compend. Theol. lib. 5. cap. 22. XXIII.

Docent eos tantùm eſſe certos de ſua ſalute, XXIIII. 281.

lute, quibus id peculiari reuelatione diuin
est patefactum. Andra. lib. 6. pag. 544. Sed a
verè ac integrè aliquãdo præstiterim, cont
re mihi certè nunquam potuit, nec constab
alicui vnquam, nisi singulari DEI benefici
illi diuinitùs fuerit reuelatum.

Colo. dialo. 4. pag. 109. Tùm alio modo i
eorum noticiam solent deduci, reuelatio
videlicet diuinitùs facta. Sic D. Petrus sec
rus factus est de sua salute, & Apostolus Pa
lus, quemadmodum ille 2. Pet. 1. hic 2. Timo
4. indicat.

ANTIDOTA.

Paulus Apostolus egregius est illustrat
doctrinæ de fide, ab ipso igitur petemus A
tidota tutissima contra papistica venena. A
Rom. 4. sic describit fidem Abrahæ: in pr
missione DEI non hæsitauit diffidentia, s
confortatus est fide, dans gloriam DEO, p
nissimè sciens, quia quæcunq; promisit D
VS potens est & facere. Paulus fidem iusti
cantem opponit diffidentiæ, dicit dare gl
riam DEO, dicit esse πληροφορίαν indubitat
certitudinẽ, dicit firmiter niti promissio
Mendacium igitur est quòd Pontificij f
gunt fidem, de qua Paulus loquitur, tant
esse historiæ noticiam, qualis in Diaboli
impijs hominibus existere potest. Dein
manif

manifestissima testimonia Spiritus sancti, quæ probant hominem Sola fide iustificari coram DEO, semper sint pio Lectori, cùm legit Pontificũ blasphemias, ob oculos, videlicet: Arbitramur hominem iustificari Fide sine operibus Legis. Rom. 3. Item: Credidit Abraham DEO, & imputatum est illi ad iusticiam. Rom. 4. Itẽ: Ideò ex fide, vt secundum gratiam, vt firma sit promissio omni semini. Roman. 4. Item iustificati fide pacem habemus. Rom. 5. Item: Qui credit in Filium habet vitam æternam. Ioan. 3. Item: Gratia saluati estis per fidem, idque non ex vobis, donum DEI est, non ex operibus, ne quis glorietur. Ephes. 2. Execrandi sunt igitur Pontificij errores, in quibus contrarium adseritur: fides pontificia formata charitate exploditur ex Ecclesia per testimonium Pauli: Ei qui non operatur, credit autem in eũ, qui iustificat impium, imputatur fides sua ad iusticiam. hic expressè adseuerat Paulus fidem eius qui non operatᷓ, & quę nulla habet bona opera, iustificationem apud DEVM impetrare. Et ex Psalm. probat beatitudinẽ, id est, salutem & iusticiam esse eius viri, cui Dominus non imputat peccatũ. Rom. 4. Contra Ethnicam Papistarũ dubitationem expendantur oracula cœlestia: Qui non credit in Filium, non videbit vitã: sed ira DEI manet super ipsum.

Ioan.

Ioan.3. Item: Qui non credit, iam iudicatus est, quia non credit in vnigenitum Filium DEI. Ioann.3. Item: Qui non credit DEO,
1.Ioan.5. mendacem facit DEVM. Item: Confide fili, remissa sunt tibi peccata tua. Matth.9. Item: Certus est sermo, & omni acceptatione dignus, quòd Iesus Christus venit in hunc mundum, peccatores saluos facere. 1. Tim.

XI. LOCVS.

DE BONIS OPERIBVS

Errores Pontificiorum.

I. 282. POntificij docent, non tantùm ea esse opera, quæ diuinitùs sunt mãdata: sed etiam quæ ab hominibus spontè, & proprio arbitrio eliguntur, vel à sacerdotibus iniunguntur. Tapp. pag. 188. Grata nihilominus sunt ei vniuersa opera nostra, siue præcepta, siue consulta, vel etiam promissa, modò ex radice charitatis procedãt. Item: vnde manifestum est, facienda esse non solùm opera, quibus proximo commodamus, nec sola Decalogi præcepta: sed vniuersa virtutum opera.

II. Docent bona opera esse ea, quæ sine fide fiunt. Andrad. lib.3. pag. 279. reliqui tamen qui & à vera Christi cognitione alieni, & variis sunt sceleribus implicati, etsi vt nothi & spurij filij exhæredes sint, & à paterna domo extorres, nihilomiuus liberalitate patris
tunt

tuntur, diuinisque beneficijs non semel augentur, quibus opera efficere possint nulla culpa contaminata, sed egregia laude digna.

Quòd opera sine fide facta placeant DEO. III.
Andrad.lib.3.p.281. Atque adeò cùm sine fide impossibile sit quemquam DEO ita placere, vt sempiternis cœlestibusque præmijs adficiatur, non tamẽ omnia fide carentium opera illi ita displicere existimandum est, vt crimina sint cruciatibus supplicijsque digna.

Docent quòd operib. quæ iustificationem IIII.
antecedunt, nõ quidem diuinam gratiã promereamur, sed animũ ꝑmuniamus, ne quid sit quod illam tardare possit. And.li.6.p.507.

Docent quòd opera facta ab homine exi- V.
stente in peccatis mortalibus, mereatur de condigno gratiæ confusionẽ. Gab. Biel. lib. 2.d.27. Item Richardus: Cùm etiam quis per opera mortua extra gratiã facta, disponendo se ad gratiam meretur de congruo. Item: Si homo facit quod in se est, DEVS dat gratiam.

Docẽt quòd opera iustificatorũ sint perfe- VI.
cta in hac vita. Tap.p.189. Quãuis autem imꝑfecta sit nostra iusticia eiꝰ cõparatione, quã in cœlis habebimus, perfecta tamen est habitu nostræ imbecillitatis respectu, charitas enim perfecta, opra edit perfecta. Itẽ: So. ad s. Cath. Quanquã enim omnia opera nostra

perfe-

perfectioni gloriæ comparata, imperfecta sint, nō tamen omnia sunt peccata, sed multa iusta, perfecta & plena corā DEO inueniuntur humana opera.

VII. Docent opera bona esse necessaria ad salutem. Soto adsertio. Cathol. de bonis operibus. Credit Catholica Ecclesia, quòd bona opera, quæ à DEO percipiuntur, necessaria sunt ad salutem.

VIII. Docent quòd bonis operibus fit iustus coram DEO, & hæres vitæ æternæ. Trident. Concil. Sess. 6. cap. 10. Sic ergo iustificati, & amici DEI facti, cum ipsa iusticia per Christi gratiam accepta, cooperante fide, bonis operibus crescunt, atq; magis iustificantur.

IX. Docent bonis operibus expiari nostra peccata. Sot. in adsert. Cathol. de bonis. Sentiendum itaque iuxta Ecclesiæ Catholicæ sensum, bonis operibus, quæ ex diuina gratia fiunt, ita esse fidendum, vt & ad expianda peccata, iram DEI placandam, & vitam æternam consequendam, necessaria sint. Lindan. lib. 3. cap. 20. Rectè illa opera bona prædicamus merita vitæ æternæ, peccatorumq; prius admissorū expiationes ac propiciationes.

X. Docent quòd bona opera sint causa formalis nostræ iusticiæ coram DEO. Trid. Con. Sess. 6. cap. 7. Vnica formalis causa est iusticia DEI, non qua ipse est iustus, sed qua

no-

nos iuſtos facit, qua videlicet ab eo donati, renouamur Spiritu mentis noſtræ, & nõ modò reputamur, ſed verè iuſti nominamur & ſumus, iuſticiam in nobis recipientes, vnuſquiſque ſecundum ſuam menſuram, & ſecundum propriam cuiuſque diſpoſitionem & cooperationem.

Quòd bona opera ex debito iuſticiæ diuinæ mereantur vitam æternam. Trid. Con. Seſs. 6. can. 32. Si quis dixerit hominis iuſtificati bona opera ita eſſe dona DEI, vt non ſint etiã bona ipſius iuſtificati merita, aut ipſum iuſtificatum bonis operibus, quæ ab eo per DEI gratiam & Ieſu Chriſti meritum, cuius membrum vnicum eſt, fiunt, non verè mereri augmentum gratiæ vitã æternam, & ipſius vitæ æternæ, ſi tamẽ in gratia diſceſſerit, conſecutionem, atq; etiam gloriæ augmentum, anathema ſit. XI.

Docent bonis operibus coram DEO confidendum eſſe. Soto Adſert. Cathol. de bonis operibus. Sentiendum itaq; bonis operibus, quæ ex diuina gratia fiunt, ita eſſe fidendum, vt & ad expianda peccata, & iram DEI placandam & vitam æternã conſequendam, neceſſaria ſint. XII.

Quòd bona opera non tantùm in Chriſto quaſi extrinſeca ratione, ſed etiam in ſe conſiderata, DEO placeant. Tapp. p. 189. Et ideò non ſo- XIII.

non ſolùm in Chriſto quaſi extrinſeca ratio-
ne DEO placeāt, ſed & in ſe cōſiderata, no
in ſua natura, ſed ſecundum qualitates & ci
cumſtantias quib. veſtiuntur quaſi opera
talia à Spiritu ſancto nos viuificāte, profec

XIIII. Quòd opera noſtra ea ratione placeāt De
qua placent ei opera Chriſti Filij Dei. Ta
p.189. Placent autem noſtra opera, placem
& nos Deo Patri ea ratione, qua Chriſt' ei
que opera placuerunt.

XV. Opera bona diuinitatem quandam hab
re. And. l.6. p.520. Præclaræ actiones, ad qu
diuinus Spiritus mentem habitans, incita
impellit, diuinitatem quandam habea
neceſſe eſt.

XVI. Bonis operibus non minus deberi ſem
ternam felicitatem, quàm ſceleribus imp
rum æternos cruciatus. Andra. lib.6. pa
quæ quidem ſatis indicant, non minus ſe
piternam felicitatem iuſtorum eſſe præd
operibus debitam, quàm æternos cruci
eorum ſceleribus, qui non nouerunt De

XVII. Docent quòd bonis operibus iuſticia
ram Deo cōſeruetur & augeatur. Trid. C
Seſs.6. c.24. Si quis dixerit iuſticiā accep
non conſeruari, atque etiam non augen
ram Deo per bona opa: ſed opera ipſa fru
ſolūmodo & ſigna eſſe iuſtificationis ade
non etiā ipſius augēdæ cauſam, anathem

Doc

Docent quòd condonatione iniuriarum XVIII.
adſequamur perfectionē. Cat.Rom.p.687.

Docent bonis operibus & præſertim elee- XIX.
moſyna deleri peccata. Catech. Ieſuitarum.

Docent humana opera in pœnitentia fa- XX.
cta, vt contritionem, confeſsionem, & ſatis-
factionem nō tantùm eſſe merita, ſed etiam
Sacramentum, ad conſequendam reconcilia
tionem cum DEO & remiſsionem peccato-
rum. Trid. Concil. Seſs. 4. cap. 3. Sunt autem
materia huius Sacramenti ipſius pœnitentis
actus, nempè contritio, cōfeſsio, ſatisfactio:
qui quatenus in pœnitente ad integritatem
ſacramēti, ad plenamq;, & perfectam pecca-
torū remiſsionem ex inſtitutione DEI requi
rùntur, hac ratione partes pœnitētię dicuntur.

Docent quod omni pio opere, quod fit ex XXI.
fide & charitate, atque ideò ex gratia diuina
adplicetur nobis meritū paſsionis Chriſti. So.
Adſer. Cath. de Euch. Nā vt dictum eſt, omni
Chriſtiano opere, ex gratia ſcilicet prodeun-
te, adplicabitur nobis meritū paſsionis Chri-
ſti. Et rurſus: Cùm reuera omni pio opere
quòd ſcilicet ex fide & charitate, atque ideò
ex diuina gratia fit, cōformemur Chriſto fa-
cientes ſcilicet voluntatem Patris. Ex hac ve-
rò ad Chriſtum conformitate prouenit no-
bis participatio meritorum eius.

DE MERITIS OPERVM.

XXII. Docent duplex esse meritum, aliud de congruo, aliud de condigno. Meritum de congruo vocant actum liberè elicitum, acceptatum ad aliquid retribuendũ, non ex debito iusticiæ, sed ex sola acceptantis liberalitate. Meritum de condigno vocant actum voluntate elicitum ad præmium, alicui secundum debitum iusticiæ retribuendum. Iusticia enim stricta sicut non reddit minus bonum pro maiori: ita nec maius bonum pro minori. Requiritur igitur ad meritum de condigno, proportio æqualitatis meriti ad præmium. Gab. Biel. 2. dist. 27. q. 1.

XXIII. Docent quòd actus voluntatis sit principalis causa meriti: Gratia autem minus principalis & secunda. Gab. Biel. dist. 27. Actus ergo meritorius, quantùm ad substantiam, eius intensionem & moralem rectitudinem est à voluntate tanquam causa prima siue principali, & à gratia tanquam à causa secunda, siue minus principali.

XXIIII. Docent quod anima per actum à voluntate cooperante gratia elicitum, potest mereri de condigno eiusdem gratiæ augmentum. Gab. Biel. dist. 27. con. 3.

XXV. Docent quòd meritum totum sit à DEO, sed non totaliter. Eccius Ench. de lib. arb.

ANTIDOTA.

Præcipuis tantùm erroribus opponemus Scripturæ dicta, quibus liquidò refelluntur. Vt Ezech. 20. In præceptis meis ambulate: Quod ergo præcipio, hoc tantum facias. Itē: Matth. 16. Frustra me colunt mandatis, docentes præcepta hominum. Paulus Coloss. 2. damnat ἐθελοθρησκείας. Item: Lucerna pedibus meis verbum tuum. Psalm. 119. Non ergo licet homini instituere & fingere cultus humana temeritate sine expresso Dei verbo. Præterea cum Paulus expressè dicat: Quicquid non fit ex fide, peccatū est. Magna est Pontificiorum impudentia, quod audent adserere opera quædam bona præcedere fidem. Pugnat etiam cum Apostoli Pauli doctrina, quod dicunt opera ad salutem esse necessaria. Nam disertissimè docet, & validissimis argumentis probat Apostolus, hominē absq; operibus saluari: Arbitramur hominem iustificari fide, absq; operibus legis. Roman. 3. Itē: Scientes quòd homo non iustificetur ex operibus legis, nisi per fidem in Iesum Christum. Gal. 2.

Ex quo etiam manifestum est, opera nostra non esse iusticiam coram DEO, nec mereri vitam ęternam, nec satisfacere legi. Nam disertè inquit Christus Luc. 17. Cùm omnia

feceritis, dicite, serui inutiles sumus, quod
debuimus, fecimus. Item: Iesai. 64. Omnes
iusticiæ nostræ tanquam pannus menstrua-
tæ. Item: Ex plenitudine ipsius accepimus
omnes gratiam pro gratia. Iohan. 1. Item:
Non ex operibus iusticiæ, quæ nos fecimus,
sed per misericordiam suam saluos nos fecit,
per lauacrum regenerationis. Titum 3. Item:
Vt non inueniar habens meam iusticiam,
quæ est ex lege, sed quæ est per fidem Iesu
Christi. Phil. 3. Item: Qui ex operibus legis
sunt, sub maledicto sunt. Gal. 3. Item: Ex ope-
ribus legis non iustificabitur vlla caro. Rom.
Item: Si ex operibus legis est iusticia, Chri-
stus frustra mortuus est. Gal. 2. Est igitur er-
ror teterrimus, plenus blasphemijs, cum fin-
gitur, hominem suis operibus mereri remis-
sionem peccatorũ, & iustificari coram DEO.
Falsum est etiam, quod opera nostra plac-
ant DEO per se: Sunt enim in se imperfecta,
& tantùm placent propter Christum. 1. Pet.
Offerentes hostias spirituales acceptas DEO
per Dominum nostrum Iesum Christum.
Item: Quicquid petieritis Patrem in nomine
meo, dabit vobis. Itẽ: Dilexit nos in dilecto.
Ephe. 1. Item: Omne quodcunq; feceritis, si-
ue sermone, siue opere, facite in nomine Do-
mini nostri gratias agentes DEO & Patri per
ipsum. Quòd nullis operibus nostris fiat ap-
plica-

plicatio meritorum Christi, docet dictum Prophetæ: IVSTVS FIDE SVA VIVET. Habacuck 2. Item: Idcircò ex fide, vt sit secundum gratiam, vt firma sit promissio. Adplicatio ergo quæ non fit per fidem infirma & incerta est. Item: Si hi, qui ex lege sunt hæredes, abolita est fides, & irrita est promissio. Rom. 4. Item: Qui ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Galat. 3. Roman. 4.

XII. LOCVS.

DE ECCLESIA

Errores Pontificiorum.

I. Pontificij docent, Ecclesiam esse cœtum fidelium consentientium de religione, & agnoscentium Romanum Pontificem, tanquam visibile caput. Lind. lib. 4. cap. 84. Quare ex clarissimis Orthodoxæ fidei scriptoribus demonstrandum est, Orthodoxos credere, in illo grege veram esse Ecclesiam Christi catholicam, cui Romanus Episcopus præest pastor. 307

II. Docent Ecclesiam non pendere ex electione DEI, aut vera fide. Soto defensio. Cathol. de Ecclesia. pag. 961. Ecclesia cui promissio illa Christi facta est, portæ inferi non præualebunt aduersus eam, visibilis est, nec ex ele-

ctione DEI, aut vera fidei & charitate pen-
det, vt quis ad eam pertineat, siue vt subdi-
dus, siue vt prælatus.

III. Negant vniuersitatem prædestinatorum esse sanctam Ecclesiam. Constantiens. Concil. Sessione 15. Damnatus articulus: Vnica est sancta vniuersalis Ecclesia, quę est prædestinatorum vniuersitas. Item: Vniuersalis sancta Ecclesia tantùm est vna: Sicut tantùm est vnus numerus omnium prædestinatorum.

IIII. Contendunt quod nec gratia, nec interior aliqua virtus requirenda sit in membris vel ministris Ecclesiæ pręter publicam professionem fidei. Soto Adsertio. Catho. de Ecclesia. Ibidem. Quare nec gratia nec certè interior aliqua virtus requirenda est, vel in membris vel in ministris eius, præter publicam & legitimam fidei professionem & vocationem, vt ad eam pertineant, & eius munera integra perficiant.

DE SIGNIS MONSTRANTIBVS ECCLESIAM.

V. Negant puram Euangelij prędicationem esse infallibile signum Ecclesiæ. Soto Adsertio. Cathol. de Ecclesi. Respondemus primò fraudulenter & subdolè dici signa certa, quibus Ecclesia dignosci potest, esse syncera

Euange-

Euangelij prędicationem & rectam, atq; secundum Christi institutionem, administrationem Sacramentorum.

Contrà docent, tria esse certa signa monstrantia Ecclesiam. I. Consonantiam in publica doctrina, & externo cultu. II. Legitimam & concinnam successionem Episcoporum. III. Agnitionem vnius capitis Romani Pontificis. Soto defens. Cathol. de Ecclesia. pa. 991. Sunt ergo hæc tria: I. Consonantia & conspiratio in publica doctrina fidei, & externo cultu DEI cum antiqua primitiua & apostolica Ecclesia, cumq; omnibus toto terrarũ orbe diffusis fidelibus, atq; patribus illis & doctoribus, quos constat iam inde ab initio Ecclesiæ populos sibi commissos mira salutis consonantia docuisse. VI.

II. Successio legittima, concinna, non interrupta ministrorum ab Apostolis, atq; hac ratione deriuatio potestatis docendi, ministrandi Sacramenta, gubernandi ad salutem æternam populos & de his quæ ad hanc pertinent iudicandi ab eisdem Apostolis & discipulis Christi. VII.

III. Deniq; cognitio vnius pastoris Vicarij Christi, & loco eius capitis totius gregis & corporis Christi succedentis Petro, & vnio atq; communicatio cum prima matrice apostolica Ecclesia, cui illa præsidet. VIII.

IX. Docet, quod ſicut cœlum ſole agnoſcitur, Sic & Eccleſia Chriſti certa nota Cathedra Romanæ agnoſcitur. Lind. lib. 4. Cap. 83.

X. Docent quod Romana Eccleſia ſit mater, magiſtra, & domina omnium Eccleſiarum, Ius Cano. diſt. 21. deniq;.

XI. Docet quod Romana Eccleſia ſit mater fidei. Ius cano. diſt. 22. Fidem quippe violat, qui aduerſus illam agit, quæ eſt mater fidei.

XII. Docent quod Romana Eccleſia non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino & Saluatore noſtro primatum obtinuit. diſtinct. 22. Sacroſancta, &c.

XIII. Docent Eccleſiam conſiſtere non poſſe niſi vnus in ea cum ſumma poteſtate verſetur. Stanis. Oſius de expreſſo DEI verbo. Item: confeſſ. Petrocouienſis.

XIIII. Docent ſalutem Eccleſiæ pendere à dignitate Oecumenici paſtoris. Stanislaus Oſius, de expreſſo DEI verbo.

XV. Docent nuſquam ſecurius audiri nomen Eccleſiæ, quàm in Oecumenico Concilio. Tapp. art. 1. pa. 5.

XVI. Docent maiorem eſſe Eccleſiæ authoritatem, quàm Sacræ Scripturæ: Ideoq; Eccleſiæ potius credendum, quàm Sacræ ſcripturæ. Petrocouienſis Confeſsio, cuius author eſt Oſius, cap. 15. Quin tamen prior ſit authoritas

Eccleſiæ,

Ecclesiæ, quàm Scripturę, negari non potest, multis ante seculis, quàm hæc verba scripta sint. Dic Ecclesiæ, qui nō audierit Ecclesiam sit tibi tanquā Ethnicus & publicanus. Non fuit obscura Ecclesiæ & natura & authoritas, quæ cùm fuerit antiquior, quàm vniuersa nō modò noui, verùm & veteris Testamenti scriptura, creditum est illi sine omni scripturarum præsidio.

Docent Ecclesiam in Fide errare non posse, nec errasse vnquam, quia semper regatur Spiritu sancto. Soto Adsert. Cathol. Habet hæc Ecclesia magisterium viuum, & præsens omnium eorum quæ pertinent ad salutem æternam, denique iudicat & censet de omnibus doctrinis eadem concernentibus, in quibus si erraret, præualerent aduersus eam portæ inferi, quod cùm sit contra promissionem Christi, consequens est, ipsam neq; errasse vnquam circa hæc, neque erraturam. Item: Gab. Biel. lib. 4. dist. 6. q. 2. XVII.

Docent Ecclesiam tradere nobis Fidei dogmata extra Scripturam, & habere ius interpretandi dubia. Soto Adsert. Cathol. Habet & hæc Ecclesia magisterium viuum & præsens. Vnde & ipsa tradit nobis Sacram scripturam, alia extra hanc fidei dogmata, & interpretatur dubia circa hæc. XVIII.

Docent in Ecclesiæ potestate esse, mutare Sa- XIX.

re Sacramenta à Christo instituta. Trid. Con. Sess. 5. cap. 2. Præterea declarat hanc potestatem perpetuò in Ecclesia fuisse, vt in Sacramentorum dispensatione salua illorum substantia ea statueret vel mutaret, quæ suscipientium vtilitati, seu ipsorũ sacramentorum veneratione, pro rerum, temporum, & locorum varietate magis expedire iudicaret.

XX. Docent Ecclesiam Christi esse humanam congregationem, quæ sit alligata ad prelatos & superiores, non minus quàm quælibet alia Respub. alligata est suis capitibus. Soto Adsert. Cathol. pag. 133.

XXI. Eum cœtum non esse Ecclesiam nec partem eius, qui Roman. Pontificem nõ agnoscit superiorem. Soto Adsert. Cathol. pag. 137. Qui verò vel potestatem deriuatam ab ijs non habent, qua Sacramenta administrantur, vel non tenent consonã traditionem omnium Ecclesiarum primarum: discesserunt procul dubio ab vnitate, inter quas traditiones cùm superius constiterit, non minimam esse, de priuatu authoritatis Rom. Ecclesiæ meritò certè discedit ab vnitate, qui ab ea se separat.

XXII. Docent quòd Concilium Oecumenicum Ecclesiam repręsentet. Confes. Petrocouiens. c. 24. Neq; enim dubitare debet quisquam Christianus, quin Conciliũ Oecumenicum legittimè congregatum Catholicam Eccle-

siam

ſiam repræſentet. Eccius de Eccleſia.

Docent Eccleſiam Chriſti ſuper viſibilem Petram, nimirum Petrum & ſucceſſorem eius eſſe fundatam. Confeſ. Petrocouien. c. 26. Quamobrē ſi talem eſſe volumus Eccleſiam, quæ videri & agnoſci poſsit eſſe, Petram ſtatuamus, ſuper quam illa viſibilis ſit ędificata, vt petræ nomine Petrum, Petrique ſucceſſorem confitentem Chriſtū intelligi velimus. XXIII.

Docent quòd priuati & pauciores in Eccleſia non habeant ius iudicandi de doctrina maiorum, nec reprehendēdi ſuperiorum iudicia, & maioris partis ſuffragia. Ius. Cano. diſt. 21. In maioribus eſt regendi & iubendi poteſtas. In minoribus obſequēdi neceſsitas. XXIIII.

Docent Romanam Eccleſiam habere ius iudicandi de omnibus, nulli verò licere de eius iudicio iudicare. Gelaſius 9. q. cuncta. Cuncta per mūdum nouit Eccleſia, quod ſacroſancta Romana Eccleſia fas de omnibus habeat iudicandi: neque cuiquam licebat de eius iudicio iudicare.

Docent omnia concilia per Romanæ Eccleſiæ authoritatem & facta eſſe & robur accepiſſe. Paſchalis de electione, cap. ſignificaſti. Aiunt in concilijs ſtatutum nō inueniri, quaſi Rom. Eccleſiæ legem concilia vlla præfixerint, cùm omnia cōcilia per Rom. Eccleſię authoritatē & facta ſint & robur acceperunt. XXV.

ANTIDOTA.

Omnium euidentissimè sanctam & electam suam Ecclesiam tanquam digito demonstrat Filius Dei, cùm inquit: Oues meæ vocem meam audiunt. Ioan. 10. Item: Qui ex Deo est, verbum Dei audit, & hoc custodit. Luc. 11. Et hoc signo Prophetæ & Apostoli Ecclesiam Christi describũt. Paul. Eph. 2. Extructi super fundamentũ Prophetarũ & Apostolorũ, existente angulari lapide Iesu Christo Item: 1. Corin. 3. Fundament aliud poni non potest, præter id quod positum est, quod est Dominus noster Iesus Christus. Et Christus Matth. 16. Et super hanc Petrã ædificabo Ecclesiam meam, & portę inferorum non præualebunt aduersus eam. Item: Vbicunq; duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, in medio ipsorum sum. Ex his scripturæ testimonijs liquidò constat, Ecclesiam in hac vita ad verbum DEI alligatã esse, & hoc eius esse infallibile signum, quod Pontificij impudenter negant, Ecclesiam Christi non esse alligatam ad sedem Romanam, his testimonijs euincitur. 1. Corinth. 1. Vocatis Sanctis cum omnibus inuocantibus nomen Domini nostri Iesu Christi, in omni loco & ipsorum & nostro. Item: Exiuit sonus eorum in omnem terrã, & in fines orbis verba eorum.

Psalm.19.Item: Domini est terra & omnis plenitudo eius. Psalm, 24. Itē: Ite in vniuersum orbem terrarum. Matth. 28. Multo minus ad Romanum Pontificem alligatam esse Ecclesiam palàm docent testimonia Scripturæ. Nolite vocari plures magistri: vnus est enim magister vester Iesus Christus. Maior vestrûm sit tantùm minister. Matth.23. Item: Qui excitauit Iesum à mortuis, & collocauit eum in dextera sua, & dedit eum caput super omnia Ecclesiæ. Ephes.1.

Authoritatem Ecclesiæ non esse supra Sacram scripturam, nec ei licere nouos condere articulos extra scripturam, expresse docet mandatum: Ad verbum meum nihil addas, neq; de eo detrahes. Deut. 4. Item: Nos firmiorem habemus Propheticum sermonem, cui adhærentes benefacitis. 2. Petri 1. Quotquot iuxta hunc canonem incedunt, super eos sit pax & misericordia. Gal.6.

XIII. LOCVS.

DE CONCILIIS ET EORVM AVTHORITATE

Errores Pontificiorum.

POntificij docent, Concilia certam Eccle- f.
siæ faciem repræsentare. Tapp.art.1.p.5. 334.
Ecclesiæ vocem nusquam securius & certius

audire

audire possumus, quàm in Concilio Oecumenico, ex toto orbe Christiano conuocato. Vnde est hæc forma vsitata in decretis Synodorum: Sacrosancta generalis Synodus in Spiritu sancto legittimè cōgregata, vniuersalem repræsentans Ecclesiā vniuersis Christi fidelibus pacem. Constant. concil.

II. Docent legittimè congregata, id est, à Romano Pontifice indicta, Spiritus sancti præsentiam necessariò subsequi: Soto adsertion. Cath. de Concil. Nec dubitat Catholica Ecclesia, ita DEVM gubernare liberum arbitrium hominum, vt quādo ei placet à veritate non errent, quod cùm promissum sit Concilio, vt visum est, non est dubitandum, ita impleri Spiritu sancto vt nunquam errent legittimè celebrata, &c.

III. Quòd Concilia legittimè conuocata errare in Fide non possint. Eccius de concilijs. Fatemur eos qui in Concilijs conueniunt esse homines: at in concilio generali legittimo reguntur ductore Spiritu sancto, qui eos falli non sinit. Item: Aduerte hîc, quòd generalia Concilia, in Spiritu sancto congregata aberrasse à via veritatis nunquam deprehenduntur, potissimùm in his definiendis, quæ ad orthodoxā fidem rectosq; mores attinent. Vide Sot. in adsertione Cath. de Concil.

IIII. Quòd Concilia nō sint supra Romanum

Pon-

Pontificem. Florentin. Concil. Item: Eugenius: Nam si Papa vel Legatus eiusdem, nollet disponere aliqua, contra Concilium adfectaret, Papæ sententia, vel eius Legati, personam summi Pontificis repręsentátis, non concilij voluntas sequenda foret, cùm super omnia concilia habeat potestatẽ Papa, &c.

Quòd soli Episcopi habeant vocem decisiuam in Synodis. Eccius loco de conci. Laici possunt interesse cõcilijs, vt testes, vt defensores, vt consiliarij, vt suggestores, vt executores. Tamen à Christo nato nunquam habuerunt vocem diffinitiuam in concilio. VI.

Quòd omnibus incumbat necessitas obtemperandi concilij decretis, sine dijudicatione. Soto in adsertione Catho. Non est dubitandum inferiora concilia à superioribus corrigi: suprema verò & vniuersalia à nullo inferiori iudicari posse: Quare omnes ad ea suscipiẽda tenẽtur si legitimè celebrata sunt. VII.

Quòd concilium sine Apostolicæ sedis auctoritate celebratum, sit conuenticulum, non concilium. distin. 17. cap. Multis denuò apostolicis & canonicis, atq; Ecclesiasticis instruimur regulis, non debere absq; sententia Romani Pontificis concilia celebrari: Quapropter vt iam dictum est rectè non concilium, sed conuenticulum vestrum vel conciliabulum cassatur. VIII.

IX. Docent, concilium generale habere potestatẽ contra iura Canonica & ciuilia, & constitutiones Apostolicas statuendi. Concilium Constant. Ses. 17. Non obstantibus quò ad omnia & singula suprà dicta, tam Canonicis quàm ciuilibus iuribus, & Apostolicis constitutionibus.

ANTIDOTA.

Christus Filius DEI non alligat Ecclesiam suam ad concilia, neq; generalia, neq; prouincialia: sed inquit: Vbicunq; duo aut tres congregantur in nomine meo, in medio eorum sum. Math. 18. Ad verbum autem alligat eam, iuxta dictum: Oues meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eam. Nec Spiritus sancti præsentia necessariò subsequitur concilia vniuersalia. Non enim sequitur Spiritus sanctus necessariò dignitatem vel loci vel muneris, vel personæ, vel multitudinem hominum: sed promisit se adfuturum verbum DEI profitentibus, & seriò DEVM in fide inuocantibus. Quanto magis, inquit Christus, dabit vester Pater Spiritum sanctum petentibus. Lucę 11. Multi dicent, Nunquid in nomine tuo prophetauimus? Et audient: non noui vos. Quòd verò in fide concilia errare posſint, cum exempla manifestè testantur. Nam Baalitarum Concilium amplisſimum damnando sententiam Micheæ Prophetæ, fœdisſi-

fœdissimè errabat: & summum in orbe Concilium Pontificum, sacerdotum & scribarum, damnauit Iesum Christum, Filium DEI ad mortem: tum etiam perspicua testimonia scripturæ adfirmant. Vt Psalm. 116. Omnis homo mendax. Item: Qui stat, videat ne cadat. Item: Psalm. 62. Veruntamen vanitas filij hominum, & mendacium filij magnatum, in stateris adpensi plus quàm nihilum sunt omnes pariter. Etiam filios magnatū, id est, concilia magnorum episcoporum & doctorum hominum, dicit esse vanitatem, falli posse, ideoq; eis fidendum non esse. Quod Concilia subijciunt Romano Pontifici, turpis est adulatio, non solùm contra scripturā, sed etiā contra cōmunē sensum. Quid enim opus est concilia celebrare, si tota religio & Ecclesiæ gubernatio ab vnius pendet arbitrio? Paulus verò in commune vult conferri sententias: Si, inquit, fuerit sedenti reuelatum, taceat puer. Et Christus iubet Ecclesiam, non vnum aliquem Pontificem audiri. Non solùm Episcopis, sed & laicis concedendam esse in concilio indicandi potestatem, & decisiuam vocem: testatur Paulus, qui ad Corinth. inquit: Vos ipsi iudicate quod dico. *1. Cori. 11.*
Quod verò singulis Christianis liceat examinare decreta conciliorum ex verbo DEI, & quòd singuli potestatem habeant repudian-

 di de-

di decreta conciliorum, quæ à teſtimonijs Scripturæ diſcrepant, manifeſtè patet ex dicto Pauli: Si quis aliud Euangelium docuerit, quàm ego docui, etiamſi angelus de cœlo fuerit, ſit anathema. Galat. 1.

XIIII. LOCVS.

DE MINISTERIO VERBI

Errores Pontificiorum.

I. 344. POntificij docent, ordinationem miniſtrorum eſſe Sacramentum. Trident. Conci. Seſs. 7. Can. 3. Si quis dixerit ordinem ſiue ſacram ordinationem non eſſe verè & propriè Sacramentum, à Christo Domino inſtitutum, ſit anathema.

II. Docent oportere ſeptem eſſe ordines miniſtrorum in Eccleſia. Catech. Rom. pa. 52. Docendum igitur erit, hoſce omnes ordines ſeptenario numero contineri, ſemperq; ità à Catholica Eccleſia traditum eſſe. Quorum nomina hæc ſunt: 1. Oſtiarius. 2. Lector. 3. Exorciſta. 4. Acolytus. 5. Subdiaconus. 6. Diaconus. 7. Sacerdos.

GRADVS IN SACERDOTIO APVD PAPISTAS.

1. Papa ſummus Pontifex.
2. Cardinales.

3. Patriar-

3. Patriarchæ.
4. Primates.
5. Archiepiſcopi.
6. Metropolitani.
7. Choro epiſcopi.
8. Suffraganei.
9. Epiſcopi.
10. Archipresbyteri.
11. Presbyteri.
12. Paſtores.
13. Abbates.
14. Priores.
15. Suppriores.
16. Guardiani.
17. Præpoſiti.
18. Decani.
19. Scholaſtici.
20. Cantores.
21. Theſaurarij.
22. Canonici regulares.
23. Canonici irregulares.
24. Diœceſani.
25. Officiales.
26. Pœnitentiarij.
27. Inquiſitores hæreticę prauitatis.

Docent ordinatione imprimi characterem indelebilem. Catech. Rom. pa. 519. quibus verbis ſemper docuit Eccleſia, dũ materia exhibetur poteſtatẽ conſecrandæ Eucharistiæ, III.

 riſtiæ,

ristiæ, charactere animo impresso tradi, cui gratia adiuncta sit ad illud munus ritè & legitimè obeundum. Trid. concili. Sessi. 2. cap. 4. Quoniam verò in Sacramento ordinis, sicut & in Baptismo & confirmatione character imprimitur, qui nec deleri nec auferri potest.

IIII. Docent primam tonsuram esse preparationem ad ordines recipiendos. Cat. Rom. 522. Incipiendum est autem à prima tonsura, quam quidem docere oportet, quandam preparationem esse ad accipiendos ordines.

V. Docent quo quis altiore gradu Sacerdotij collocatur, eo oportere latiorem esse orbem coronæ rasorum capillorum. Catech. Rom. ibidem. Tondentur verò capilli ad coronæ speciem & similitudinem, quam perpetuò conseruare oportet: & vt quisq; in altiori deinceps ordinis gradu collocatur, sic eius orbis forma latior circumscribi debet.

VI. Docent ipsum Petrum ita attonsum fuisse, & ex Apostolica traditione esse rasurã. Lind. lib. 4. cap. 77. Neq; verò ob id tantùm in coronam attondimur, quia Petrus ita attonsus est: sed quia Petrus in memoriam dominicę passionis ita attonsus est: idcirco & nos qui per eandem passionem saluari desideramus, ipsius passionis signum in vertice gestamus.

VII. Docent Sacramentum ordinis sanctificationis

tionis gratiam efficere. Catech. Rom. pa. 541. Constat verò quamuis ordinis Sacramentũ maximè ad Ecclesiæ vtilitatem & pulchritudinẽ spectet, tamẽ in eius quoq; anima, qui sacris initiat̃ sanctificationis gratiã efficere.

Docent inferioribus ordinibus dari potestatem legendi Euangeliũ pro viuis & mortuis. Catech. Rom. pa. 527. Accipe librum epistolarum, & habe potestatem legendi eas in Ecclesia sancta DEI, tam pro viuis quàm pro mortuis, & ad Diaconum: Accipe potestatem legendi Euangeliũ in Ecclesia DEI, tam pro viuis quã pro defunctis in nomine Domini. VIII.

Docent per ordinationem dari Spiritum sanctum. Trid. conci. Sess. 7. cano. 4. Si quis dixerit, per sacram ordinationem non dari spiritum sanctũ, ac proinde frustra episcopos dicere, Accipe Spiritũ sanctũ, anathema sit. IX.

Contendunt Episcopos esse superiores præsbyteris, & eos solos habere ius confirmandi & ordinandi. Tri. Con. Sess. 7. Can. 7. Si quis dixerit Episcopos non esse præsbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmandi & ordinandi, vel eam quam habent, illis esse cum præsbyteris cõmunẽ, anathema sit. X.

Docent Episcopos habere potestatem obligandi subditos ad exercitia & ceremonias à se institutas. Soto in adsert. Cathol. Credit eadem Catholica fides, quod Episcopis, qui XI.

ſunt ſucceſſores Apoſtolorum, quique poſt illos & magiſterio eorum Eccleſiam gubernare habent, licet cum prudenti deliberatione & conſilio, etiam ſine ampliori conſenſu ſuæ Eccleſiæ, ordinare ritus & ceremonias, & ad ipſa quædam ſanctaq; opera, & exercitia, ſubditos ſuos obligare.

XII. Docent Sacerdotiū externū, quod fingunt Sacrificulorum, qui ab Epiſcopis ad ſacrificā dum pro peccatis viuorum & mortuorum vnguntur, eſſe præſtantius vero & Spirituali Sacerdotio omnium piorum: & ſolos ſacrificulos eſſe veros & proprios ſacerdotes. Soto in adſert. Cathol. de ord. Docet apertè certa fides, & ex Sacris literis, & traditione Apoſtolorū, cui cōſonat etiam naturalis ratio, quod etſi Chriſtiani omnes ſpirituales & myſtici ſacerdotes, ex vnguento capitis fiant, vt hoſtias Spirituales DEI offerant: tamen veri & proprij Sacerdotes ſoli ſunt, qui ab Epiſcopis ſacramento ordinis initiati, legitimè Sacerdotij poteſtatem acceperunt.

XIII. Docent miniſterium non tantùm eſſe externum Sacerdotium. Sed etiā ἱεραρχίαν. Tri. conci. Seſ. 7. can. 6. Si quis dixerit in Eccleſia Catholica non eſſe ἱεραρχίαν diuina ordinatione inſtitutam, quę conſtat ex Epiſcopis, preſbyteris, & miniſtris, anathema ſit.

XIIII. Contendunt eos qui non prædicant Euangelium

gelium, sed offerunt tantùm sacrificiũ Missæ, esse veros Sacerdotes, & ministros Ecclesiæ. Trid. concil. Sess. 7. can. 1. Si quis dixerit in nouo testamento nõ esse potestatem aliquã consecrandi & offerendi verum corpus & sanguinem Domini, peccata remittendi, & retinendi: sed officium tantùm & nudum ministerium prædicandi Euangelium: vel eos qui non prædicant, prorsus non esse Sacerdotes, anathema sit.

Docent Chrisma in ordinatione ministrorum necessariò requiri. Trid. Conc. Sess. 7. Can. 5. Si quis dixerit, sacram vnctionem qua Ecclesia in sancta ordinatione vtitur, non tantùm non requiri, sed contemnendam & perniciosam esse, similiter & alias ordinis ceremonias, anathema sit. XV.

Contendunt solos Episcopos & Sacerdotes habere potestatem remittendi peccata. Cate. Roma. pa. 180. Verùm si ministros diuinæ huius potestatis remittendi peccata spectemus, ea minus latè patere videbitur. Dominus enim nõ omnibus, sed solis Episcopis & Sacerdotibus, tàm sancti muneris potestatẽ dedit. XVI.

Ministros non vnctos Chrismate Pontificio, nec ordinatos ab Episcopis, vel eorum suffraganeis, non esse veros ministros Euangelij, nec habere ius administrandi Sacramenta. Trid. Concil. Sess. 7. Can. 7. Si quis dixerit, XVII.

xerit, eos qui nec ab Ecclesiastica & Canonica potestate ritè ordinati nec missi sunt, sed aliundè veniunt, legittimos verbi & Sacramentorum ministros, anathema sit.

XVIII. Docent in electione Sacerdotum & Presbyterorum populi & secularis potestatis cōsensum nō esse requirēdū. Trid. Con. Sess. 7. can. 7. Si quis dixerit, ordines ab Episcopis collatos sine populi vel pōtatis secularis consensu aut vocatione irritos esse, anathema sit.

XIX. Docent S. Petrum à Christo fuisse principem Apostolorum constitutum. Cat. Rom. pag. 161. & 123.

XX. Docent quòd homo per characterem DEO comparetur. Thomas 4. dist. 18.

XXI. Docent eum qui semel factus fuit Sacerdos, nō possit rursus fieri Laicus propter characterem indelebilem. Trid. Concil. Sess. 7. can. 4.

XXII. Neminem admittunt ad ordinem, nisi qui suscipit legem perpetuæ continentiæ. Catech. Rom. p. 526. Primùm enim Episcopus legem perpetuæ continentiæ huic ordini impositam esse admonet, edicitque neminem in subdiaconorū ordinem cooptandum esse, cui vltrò hanc legem accipere non propositum.

XXIII. Docent quòd Spiritus non per aliud genus ministrorum gebernet Ecclesiam, quàm

per

per Apostolicum. Catech. Rom. pag. 167. Etenim Spiritus sanctus, qui Ecclesiæ præsidet, eam non per aliud genus ministroru, quàm per Apostolicum gubernat.

Docent non satis esse ministrum Ecclesiæ legittimè esse vocatu, sed & collationem potestatis signis visibilibus esse necessariam. XXIIII. 368.
Soto in Scholijs de ord. Non solùm vocatio, sed & collatio potestatis signis visibilibus, vt ab Ecclesia fit, est necessaria, in quo ratio Sacramenti ordinis consistit.

RITVS CONSECRANDI SACRIFICVLOS.

Cùm Pontifex suscipit sacrificulum consecrandu, vngit ambas eius manus simul iunctas, in modum crucis producendo cum pollice suo dextro in oleum Catechumenorum intincto duas lineas, videlicet à pollice dextræ manus, vsq; ad indicem sinistrum, & à pollice sinistro vsq; ad indicem dextrum vngendos, mox totaliter palmas dicens consecrare & sanctificare digneris, Domine manus istas, per istam vnctionē, & nostram benedictionem, vt quæcunq; benedixerint, benedicatur, & quæcunq; consecrauerint, consecrentur & sanctificentur in nomine domini nostri Iesu Christi, Amen. Ex Pontificali.

ANTI-

ANTIDOTA.

Varia figmenta Pontificiorum de Sacramento ordinis, de Charactere, de modo consecrandi sacrificulos vno verbi diuini gladio iugulantur. Matth. 15. Omnis plãtatio quam non plantauit Pater meus cœlestis, eradicabitur. Sed hæc figmenta hominum nullo nituntur testimonio Scripturæ, euellenda sunt igitur. Veram aũt ministerij Euangelici authoritatem & vsum ostendũt dicta. Qui vos audit, me audit. Luc. 10. Item: Matth. 18. Amẽ amen dico vobis, quæcunq; ligaueritis super terram, erunt etiam ligata in cœlo, & quæcunque solueritis super terram, erunt & soluta in cœlo. Item: Iohann. 20. Quorumcunq; remiseritis peccata, eis erunt remissa: Quorumcunque retinueritis peccata, eis retenta erunt. Quæ dicta cùm Christus ad omnes dixerit Apostolos, omnibus & singulis parem dedit potestatem remittendi & retinendi peccata iuxta DEI verbum. Dominationẽ & ἱεραρχίαν Pontificiam expressè denegauit Christus, ministerio, inquiens: Reges gentiũ dominantur, vos aũt non sic. Quod verò ministerium Euangelij transformant in externum Sacerdotium, pugnat primùm cum doctrina de vnico Sacerdotio Iesu Christi. Tu es Sacerdos in æternum, secundum

Luc. 22.

ordi-

ordinem Melchiſedech. Pſal. 110. Item: Vnica oblatione conſumauit eos, qui ſanctificantur. Hebr. 10. Item: Non vt ſæpe offerret ſeipſum, ſicuti Pontifex ingreditur in ſancta ſingulis annis cum ſanguine alieno, alioquin oportuiſſet eum ſæpe pati ab initio mundi. Nunc autem ſemel manifeſtatus eſt in conſumatione ſeculorum ad abolitionem peccati per ſuum ſacrificium. Hebr. 9. Quòd omnes Chriſtiani veri & proprij ſint Sacerdotes coram DEO patet ex promiſsione Ieſa. 61. Vos autem Sacerdotes Domini vocabimini. Quod verò miniſtri Eccleſiæ in nouo Teſtamento ratione miniſterij adpellentur Sacerdotes, nullo Apoſtolico teſtimonio probari poteſt.

XV. LOCVS.

DE SACRAMENTIS

Errores Pontificiorum.

POntificij docent ſeptẽ eſſe Sacramenta, videlicet 1. Baptiſmũ. 2. Cõfirmationẽ. 3. Pœnitentiã. 4. Ordinationẽ. 5. Cœnam Domini. 6. Matrimonium. 7. extremam vnctionem. Trident. concil. Seſs. 7. cap. 1. Si quis dixerit, Sacramenta nouæ legis, aut plura aut pauciora eſſe quàm ſeptem, videlicet Bapteiſ- I. 369.

ptiſmum, Confirmationem, Pœnitentiam, Euchariſtiam, Extremam vnctionem, ordinem & matrimo. aut etiam aliquod horũ nõ eſſe verè Sacramentum, anathema ſit.

II. Quòd Sacramenta nouæ legis conferant gratiam ex opere operato. Trident. concil. Seſs.7.can.8. Si quis dixerit, per ipſa nouæ legis Sacramenta ex opere operato non conferri gratiã, ſed ſolam fidem diuinæ promiſsionis ad gratiam conſequendam ſufficere, anathema ſit.

III. Quòd Sacramenta nouæ legis cõtineant gratiam, eam conferant non ponentib. obicẽ, & quaſi per aluũ gratiam ad nos deriuẽt. Trid. concil. Seſs.7.can.6. Si quis dixerit, Sacramenta nouæ legis non cõtinere gratiam, quam ſignificant, aut gratiam ipſam non ponentibus nõ conferre, anathema ſit. Catech. Rom. pa.233. Virtutem enim, quæ ex paſsione Chriſti manat, hoc eſt, gratiam, quam ille nobis in ara crucis meruit, per Sacramenta, quaſi per aluum quendam, in nos ipſos deriuare oportet.

IIII. Docent Sacramenta veteris & noui Teſtamenti in eo diſtare inter ſe, quod illa tantũ adumbrârunt ſalutem, hæc conferant & efficiant. Concilium Florentinum.

V. Docent quòd Sacramenta veteris legis, vt Circumciſio, ſint carnalia, ideoq; non im-

preſſe-

pręsserint characterem, qui est signum spiritale. Gabr. Biel. lib. 4. dist. 6. q.

Docent quòd Sacramentis insit DEI virtus. Catech. Rom. pa. 248. At fidei lumine cognoscimus omnipotentis DEI virtutem in Sacramētis inesse, qua id efficiant, quod sua vires ipsæ naturales præstare non possunt. VI.

Quod character, qui imprimitur, sit secūdus effectus Sacramētorum. Cat. Rom. 250. Alter Sacramentorum effectus non quidem omnibus cōmunis, sed trium tantùmmodo proprius Baptismi, cōfirmationis & ordinis sacri est character, quem animæ imprimunt. VII.

Quod Sacraméta veteris legis iustificârūt ratione operis operantis, non operati: Sacramenta verò nouæ legis iustificent ratione operis operati. Opus operans est fides, sed operatum est exterius Sacramentum. Bonauent. lib. 4. dist. 1. q. 5. Item: Gabr. Biel. lib. 4. dist. 1. q. 3. dicit, quòd sit communis opinio scholæ. VIII.

Docent, quòd non requiratur bonus motus interior in suscipiēte Sacramentū. Gab. Biel. lib. 4. d. 1. q. 3. Vno modo ex ipso signo seu Sacramento, velut alij dicunt, ex opere operato, ita quod eo ipso, quòd opus illud, puta signum, aut Sacramentum exhibetur, nisi impediat obex peccati mortalis, gratia confertur, sic quod præter exhibitionem signi, IX.

ſigni, foris exhibiti, non requiritur bonus motus interior in ſuſcipiente, quo de condigno vel de congruo gratiam mereatur: ſed ſufficit, quod ſuſcipiens non ponat obicem, concordat Sotus.

X. Quod Sacramenta veteris legis nulla ratione contulerunt gratiam, neq; ex opere operato, neq; ex opere operante, ſeu per modũ meriti, etiamſi in fide & charitate fierent, Quia impoſuit ea Dominus in onus & ſeruitutem, non in iuſtificationem, hanc opinionem tribuit Longobardo Gab. Biel. libr.4. diſtin.1.q.3.

XI. Quod externis Sacramentorum elementis per verbum conferatur virtus quędam ſupernaturalis, per quam influant & agant in animam, ſiuè effectiuè ſiuè diſpoſitiuè. Thomas Durand.

XII. Quod pulcherrimè dictum ſit, gratiam contineri in Sacramentis, ſicut in vaſe per quandam ſimilitudinem. Thomas libro 4. diſt.1.art.4.q.4.

XIII. Docent ſine externis Papiſticis ritibus, nec veritatem nec dignitatem, nec efficaciam Sacramentorum conſiſtere. Trid. conci. Seſs.7. cap.13. Si quis dixerit, receptos, & adprobatos Catholicæ Eccleſiæ ritus in ſolenni adminiſtratione Sacramentorum adhiberi conſuetos, aut contemni, aut ſine peccato à miniſtris

nistris pro libito omitti, aut in nouos alios, per quemcunq; Ecclesiarum pastorem mutari posse, anathema sit.

DE CHARACTERE.

Docent in tribus Sacramentis, Baptismo, Confirmatiõe, & Ordine, imprimi characterem in anima indelebilem, propter quem iterari non posṡint. Trid. conci. Sesṡ. 7. can. 9. Si quis dixerit in tribus Sacramentis, Baptismo scilicet Confirmatione, & Ordine nõ imprimi characterem in anima, hoc est, signum quoddam Spirituale & indelebile, vnde ea iterari non possunt, anathema sit. XIIII.

Characterem hoc modo definiunt: Character est signum Spirituale, à DEO solo animæ impressum in susceptione initerabilis Sacramenti, manens indelebiliter de lege communi. Gab. Biel. lib. 4. disti. 6. q. 2. Item: Esse signum inexistentis gratiæ, si non ponatur obex, ibidem. XV.

Docent characterem esse signum configuratiuum, seu aṡsimulatiuum Christo, & cæteris characterem similiter habentibus. Configurat Christo: quia per ipsum habens characterem, adscribitur familiæ Christi. Gab. Biel. lib. 4. dist. 6. XVI.

Docent quòd sit signum dispositiuum ad gratiam Sacramenti, per quod imprimitur, XVII.

tanquam causa sine qua nõ, & hoc solum ex voluntate & ordinatione diuina, & non ex rei natura. Gab. Biel. lib. 4. dist. 6. q. 2.

XVIII. Docent esse signum rememoratiuum, per quod suscipiens reducitur in memoriam Sacramenti suscepti.

XIX. Esse signum distinctiuum ab alijs non habentibus characterem. Gab. Biel.

XX. Esse signum obligatiuum ad obseruantiam diuinæ legis. Gab. Biel.

XXI. Quòd character sit quiddam indelebile in anima, reddens Sacramentum, per quod imprimitur initerabile. Gab. Biel. lib. 4. dist. 6. quæst. 2.

DE ORNATV ANIMAE.

XXII. Docent quòd Sacramenta iterabilia, vt Pœnitentia, Cœna Domini, Vnctio, Matrimonium, imprimant animę ornatũ loco characteris. Thomas lib. 4. dist. 1. art. 4. q. Et ideò alij dicunt, quod ex Sacramentis duo consequuntur in anima: Vnum quod est Sacramentum & res sicut est character, vel aliquis ornatus animæ in sacris, in quibus non imprimitur character, Aliud quod est res tantùm sicut gratia.

DE INTENTIONE.

XXIII. Quòd ad veritatem Sacramenti necessaria sit

sit talis intentio, quæ non tantùm respiciat actum conferendi Sacramenta, sed etiam finem & animum faciendi, quod facit Ecclesia. Trid. concil. Sess. 7. Cano. 11. Si quis dixerit in ministris dum Sacramenta conficiunt & conferunt, non requiri intentionem saltẽ faciendi, quod facit Ecclesia, anathema sit.

Docent duplicem esse intentionem, aliam specialem, aliam generalem. Specialis qua baptizans intendit, vt baptizatus fiat filius regni, qui est finis remotus, vel propinquus, qui est remissio peccati originalis, ac gratiæ infusio. aut quòd fiat Christianus & membrum Ecclesiæ militantis, vel generalis, vt fiat quod Ecclesia intendit, licet non cogitetur aut ignoretur, vel etiam non credatur, id conferri per baptismum, quod Ecclesia intendit. Gab. Biel. lib. 4. dist. 6. q. 1. XXIIII.

Quòd intentio generalis sit triplex: actualis, virtualis & habitualis. Gab. Biel. ibidem. XXV.

Ad Baptismi veritatem non requiritur intentio actualis, nec sufficit habitualis, sed requiritur intentio virtualis. Gab. Biel. XXVI.

Docent cùm intentio baptisantis certò sciri non posit, ita satis consuli saluti baptizandi, si non committatur alicui suspecto de hęresi, sed probato in fide. Alexand. Alen. q. 13. Gab. Biel. lib. 4. dist. 6. XXVII.

ANTIDOTA.

Semper ſit in conſpectu generalis illa regula Chriſti, qua omniũ hominum figmenta tantùm ex cerebro humano ſine omni teſtimonio Sacræ ſcripturæ nata, repudiantur & refelluntur: Omnis plantatio, quam non plantauit Pater meus cœleſtis, eradicabitur. Math. 15. Septẽ eſſe Sacramenta, nec vllo teſtimonio Scriptutæ, nec probatorum patrum authoritate demonſtrari poteſt. Ethnicus error de opere operato, ex quo dicũt: Sacramẽta noui Teſtamẽti eſſe efficacia, validè proſternitur teſtimonijs Scripturæ de fide, vt Rom. 14. Quicquid non fit ex fide, peccatum eſt. Item: Habacuk 2. IVSTVS FIDE SVA VIVET. Item: Ioann. 3. Qui non credit in Filium, non videbit vitam: ſed ira DEI manet ſuper eum. Item: Impoſsibile eſt ſine fide placere DEO. Hebræorum 11. capit. Item: Qui credit in Filium, non iudicabitur: qui autem non credit iam iudicatus eſt. Iohan. 3. Item: Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit, qui verò non crediderit, condemnabitur. Marc. 12. Et Chriſtus inquit, Iohan. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non intrabit in regnum cœlorum. Impudens ergò & ſacrilegum eſt dogma adſerere, quòd Sacramenta nouæ legis conferant ſalutem ex opere operato ſine bo-

no motu vtētis. Cùm præcipuè in hoc ſint in ſtituta Sacramenta, vt DEVS per ea regeneret hominem, accendat, alat, & confirmet fidem, & cęteros motus congruentes cum voluntate DEI. Quod finxerunt Pontificij per Sacramenta veteris legis tantùm adumbratam fuiſſe ſalutem, non autem collatam gratiam, contrarium eſt teſtimonio Pauli Rom. 4. qui dicit, Abrahamum circumciſionem accepiſſe tanquam Sigillum iuſticiæ fidei. Ergo circumciſione fuit fides Abrahæ confirmata: quemadmodum in nouo Teſtamento & Baptiſmo, & Cœna Domini fides piorum obſignatur. Nullo teſtimonio Scripturæ probari poteſt, quòd elemento Sacramentorum per verbum DEI vis quædam ſupernaturalis conferatur, quæ eis inſit extra vſum Sacramentorum. Mera cōmenta ſunt hominum toti Sacrę ſcripturę ignota, quicquid Pontificij confingunt de charactere indelebili & de ornatu animę, qui per Sacramenta imprimatur, & de intentione ad veritatem Sacramenti neceſſaria. Et pertinent ad regulam ſuprà citatam, Omnis plantatio, quam non plantauit Pater meus cœleſtis, eradicabitur. Item: Fruſtra me colunt docentes doctrinas, præcepta hominū. Item: Ad verbum meum nihil addes neq; detrahes. Item: Colo. 2. Videte ne quis vos deprędetur per Philoſophiā & inanē

deceptionem, iuxta traditionem hominum secundum elementa mundi, & non iuxta Christum.

XVI. LOCVS.

DE BAPTISMO

Errores Pontificiorum.

I. DOcent Baptisma Iohannis non fuisse Sacramentum, quia ex opere operato
397. non contulerit gratiam. Marsilius 4. sent. q. 2. ar. 2.

II. Docent infantes fide propria carere, & tantùm in fide parentum vel Ecclesię baptizari. Catech. Rom. pa. 283. Neq; enim dubitare licet, quin fidei Sacramenta, cum abluuntur, accipiant: non quia mentis suæ adsensione credant: sed quia parentum fide vniuersæ societatis sanctorum muniuntur.

RITVS BAPTISMI APVD PONTIFICIOS.

III. Hugo lib. 2. de sacra. part. 6. Signatur primò baptizandus signaculo crucis in fronte, in pectore, in oculis, in naribus, in auribus, in ore: vt totius corporis sensus hoc signaculo muniantur, cuius virtute omnia nostra Sacramenta complentur, & omnia Diaboli figmenta frustrantur. Postea datur Sal benedictum

dictum in os: vt ſapientia conditus, fœtore iniquitatis careat, & vltra non putreſcat à vermibus viciorum. Deinde exufflatur malignus Spiritus foras, vt Spiritus Spiritu pellatur. Poſtea tanguntur & aures & nares cum ſaliua, vt tactu ſupernæ Sapientiæ & aures eius aperiantur ad audiendum verbum DEI, & nares ſimpliciter ad diſcernendum odorē ſuauitatis vitæ & mortis, hoc eſt, Sacramentum apertionis, quod Dominus in Euangelio, Marci 7. ſignificauit, quando aures & os tetigit ſurdi & muti dicēs: Ephphetha, quod eſt aperire. Sequentia ex cap. 11. ſumpta ſunt. His completis venit Sacerdos ad fontem, & conſecratur fons in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, vt ſanctitas Sacramenti nō ex eo qui miniſtrat, ſed ex eo qui ſanctificat, conſtare ſciatur, ſicut ſcriptum eſt: Hic eſt qui baptizat. Traditur etiam nouæ vitæ auditoribus Symbolum fidei, in quo Apoſtolicæ doctrinæ forma conſiſtit. Poſtremò oblatus ad Baptiſmum paruulus, & interrogatus à ſacerdote, Si abrenunciet Sathanæ, & omnibus eius operibus & pompis: per ora geſtantium reſpondet, abrenuncio: vt qui aliena iniquitate obligatus eſt, aliena fide & confeſſione ſoluatur. Si autem fuerit adultus, reſpondet pro ſe ipſo. Poſt abrenunciationem factam vngitur oleo ſancto in pectore: vt

tunc muniatur aduersus hostem, ne deinceps immunda & noxia persuadere possit. Vngitur & inter scapulas, vbi est vigor portandi onera, vt fortitudinem accipiat ad portandum onus Domini. Deinde interrogatur, si credat in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum: Vnam esse Ecclesiam Catholicam, remissionem peccatorum, & vitam ęternam. Sub hac ergo fidei responsione, trina immersione à sordibus abluitur vetustatis, & nouũ hominem indutus, triduanæ morti Christi consepelitur: sicut ait Apostolus, Roman. 6. Trina etiam immersio est cogitationis, locutionis & operationis emundatio. Completis sic Baptismi Sacramentis, postquam baptizatus à fonte ascendit, sacro Chrismate in vertice vngitur, vt spiritum Christi participando, meritò deinde Christianus adpelletur, cohæres regni & gloriæ sacra vnctione effectus. Deinde traditur Christiano vestis candida, vt qui primæ natiuitatis decorem, vetustatis pannis obfuscauerat, habitu regenerationis gloriæ pręferat indumentum. Tegitur etiam post sacram vnctionem sacro velamine eius caput, vt intelligat se diademate regali & sacerdotali potiri. Ad vltimum datur cereus accensus in manus eius, quatenus implere doceatur illud Euangelium quo dicitur, Matth. 5. Sic luceat lux vestra coram homini-

hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. Hanc igitur Lampadem ſi in extinguibilem ſeruauerit inter virgines ſapientes, cum ſpõſo cœleſti ad nuptias introibit. Hæc Hugo. vide Gab. Biel. lib. 4. diſt. 6. q. 3. Item: Catech. Rom. pa. 310.

Docent Baptiſmum eſſe primam tabulã poſt naufragium, poſt Baptiſmum lapſis, nõ prodeſſe regenerationis lauacrum, ſed alio opus eſſe remedio, quia gratiæ fœdus diſſolutum & fractum ſit. Petr. Lombard. lib. 4. diſt. 14. IIII.

Docent aquam Baptiſmi vi ſanctificandi præditam eſſe. Catech. Rom. pa. 324. Sed cũ ipſe baptizatus eſt, effecit vt aqua deinceps vi ſanctificandi prædita eſſet. V.

Docent fontem Baptiſmi quotannis in vigilijs Paſchę & Pentecoſtes conſecrandum eſſe, addito Myſticæ vnctionis oleo. Catech. Rom. pag. 308. VI.

Docent ex Apoſtolica traditione ſacrum Chriſma addi Baptiſmo. Catech. Rom. p. 262. VII.

Ad Baptiſmi integritatem tam requirit Baptizationem quàm verba, & intentionẽ miniſtri. Gab. Biel. lib. 4. d. 6. q. 1. VIII.

Docent per exorciſmum tolli poteſtatem Diaboli, quantùm ad impediendum Baptiſmum. Gab. Biel. lib. 4. diſt. 6. q. 3. IX.

X. Pontificij triplicem faciunt Baptiſmum, flaminis ſiue pœnitẽtiæ, ſanguinis ſiue martyrij, & fluminis, & dicunt: quòd tanta poſſit in aliquo contritio, ſatisfactio & charitas eſſe, vt dignitas eius vicem virtutis Baptiſmi ſupplere poſsit. Item: Quòd virtus Baptiſmi detur, non tamen per aquam, ſed etiam per pœnitentiam & ſanguinem, per quæ remittantur peccata & pœnæ in toto, vt in martyrio, vel in parte, vt in pœnitentia, ſi non fuerit perfecta & ſufficiens. Gab. Biel. lib. 4. diſt. 4.

XI. Docent ad impetrandam Baptiſmi gratiam, non ſolam fidem ſufficere, ſed vniuerſæ legis Chriſti obſeruatione opus eſſe. Trid. Concil. Seſs. 7. can. 7.

XII. In vitis patrum dicitur, quod quidam patrum vidit eandem gratiam deſcendentem ſuper eum, qui habitum religionis adſumit, & ſuper eum qui baptizatur. Thomas lib. 4. diſt. 4. art. 3.

XIII. Docent aquam ſacratam Baptiſmi prodeſſe contra morbos, incantationes, ad depellendos Spiritus.

XIIII. 400. Docent campanas eſſe baptizandas in nomine Patris, Filij, & Spiritus ſancti, vt ſint immunes à poteſtate Sathanæ.

ANTI-

ANTIDOTA.

Syncera & ſalutaris doctrina de Baptiſmo ſumenda eſt ex ipſa inſtitutione Christi, qui Matth. 28. inquit: Euntes docete omnes gentes, & baptizate eos in nomine Patris & Filij, & Spiritus ſancti, & docete eos ſeruare omnia, quæ ego præcepi vobis. & Marc. 16. Qui crediderit & baptiſatus fuerit, ſaluus erit, qui verò non crediderit, condemnabitur. Huic fundamento qui firmiter inſiſtit, ſalutare habet preſeruatiuum contra omnis generis venena, quibus Pontificij doctrinam de Baptiſmo infecerunt. Verba enim Chriſti docent, in quibus rebus Baptiſmus conſiſtat, nimirum in verbo DEI, & elementi vſurpatione: docent quale ſit fœdus Baptiſmus, nimirum perpetuum & æternū. docent q̃ Chriſtus requirat nimirum fidem, non eſt igitur difficile retundere Pontificios errores.

Quòd ergò fingunt Baptiſma Ioannis nō contuliſſe remiſsionem peccatorum, aduerſatur manifeſtæ Sacræ ſcripturæ, quæ dicit, Marc. 1. Ioannes baptiſabat in deſerto prædicans Baptiſma in remiſsionem peccatorum. Item: Luc. 3. Ioan. Prædicabat Baptiſma pœnitentiæ in remiſsionem peccatorum. Authoritas Auguſtini meritò hic cedere debet pſpicuis Sacrę ſcripturę teſtimonijs. Ceremoniæ quib. Pontificij poti⁹ conſpurcârūt, quā ornâ-

ornârunt Baptiſmum, exploduntur à Chriſto, Fruſtra me colunt docentes doctrinas, præcepta hominum. Matth. 15. Contumelioſi ſunt Pontificij in ſacroſanctum Baptiſmũ, cùm adpellant eum primam tabulam poſt naufragium, & adfirmát, lapſo in peccatum mortale, nihil amplius prodeſſe fœdus Baptiſmi, ſed ſecundam tabulam, nimirum pœnitentiam, arripiẽdam eſſe. Cùm Baptiſmus ſit fœdus perpetuum, ad quod licet redire lapſis per veram fidem, nec Baptiſmus nauis fractæ eſt tabula, ſed nauis integra & fortiſſima, quæ excipiat omnes per veram pœnitentiam ad DEVM redeuntes, quotieſcunq; exciderunt. Sic Petrus nominat Baptiſmũ ἐπερώτημα, ſtipulationem bonæ conſcientiæ coram DEO, quotieſcunq; ad DEVM vera fide conuertimur. Annua conſecratio fontis Baptiſmi, Chriſma execrationibus confectum, Baptiſatio Campanarum abſq; verbi diuini teſtimonio excogitata ſunt. Itaq; meritò vt peregrinæ plantationes eradicantur. Quòd fingunt aquam Baptiſmi valere contra morbos, incantationes, & ad depellẽdos malos ſpiritus, ſunt præſtigiæ Sathanæ. Chriſtus enim fatetur, Baptiſmum ad regenerationem hominis inſtitutum, non cõtra morbos, nec contra incantationes, niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non intrabit in

regnum

regnum cœlorum. Et Matth. 28. Docete eos seruare omnia, quæ ego præcepi vobis. Nusquam verò præcepit Christus, vsurpandam esse Baptismi aquam contra morbos vel incantationes. Atrox & horrenda est blasphemia, quod Pontificij ingressum religionis, vt vocant, & cucullæ induitionem sanctissimo sacramento Baptismi æquant, meritò igitur audiunt, Frustrà me colũt docentes doctrinas, præcepta hominum, Matth. 15.

XVII. LOCVS.

DE COENA DOMINI

Errores Pontificiorum.

Pontificij docent, Cœnam Domini duabus de causis institutam esse. Prima est, vt animæ nostræ cœleste habeant alimentum, quò vitam spiritualem tueri & conseruare possint. Altera, vt Ecclesia perpetuum sacrificium haberet, quò peccata nostra expiarentur. Catech. Rom. pa. 407. I. 401.

Contendunt panem & vinum in corpus & sanguinem Christi transsubstãtiari. Trid. Concil. Sess. 3. cap. 3. II.

Negant Pontificij panem & vinum manere post consecrationem. Trid. Concil. Sess. 3. Can. 2. Si quis dixerit, in sacrosanctæ III.

Eucha-

Euchariſtiæ Sacramento remanere ſubſtantiam panis & vini, vnà cum corpore & ſanguine Ieſu Chriſti Domini noſtri, negaueritq; mirabilem illam, & ſingularem conuerſionem totius ſubſtantiæ panis in corpus, & totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem, manentibus duntaxat ſpeciebus panis & vini, quam quidem conuerſionem aptiſsimè Catholica Eccleſia transſubſtátiationem adpellat, anathema ſit.

IIII. Docent, poſt conſecrationem, corpus ſub ſpecie panis, & ſanguinem ſub vini ſpecie ex vi verborum, ipſum autem corpus ſub ſpecie vini, & ſanguiné ſub ſpecie panis, animamque ſub vtraque, vi naturalis illius connexionis, & concomitantiæ, qua partes Chriſti Domini, qui iam ex mortuis reſurrexit, non amplius moriturus, inter ſe copulantur. Trid. conc. Seſs. 3. cap. 3. Item: Quapropter veriſsimum eſt tantundem ſub altera ſpecie, atque ſub vtraque contineri. ibidem.

V. Audacter fingunt, quòd ſacrificuli conficiant corpus Chriſti. Catech. Rom. pag. 541. Aliam quoque gratiam hoc Sacramento tribui perſpicuum eſt, præcipuam videlicet poteſtatem, quæ ad ſanctiſsimum Euchariſtię Sacramentum refertur, in Sacerdote quidem plenam & perfectá, vt qui Domini noſtri corpus & ſanguiné vnus poteſt cóficere.

Docent

Docent consecrationem corporis Christi fieri verbis, quæ nusquam scripto DEI verbo sint comprehensa. Lindanus lib.4.cap.41. VI.

Docent eos qui tantũ verbis institutionis Christi vtuntur in administratione cœnę Domini, & non adhibent canonem Papisticum, & ritum consecrationis in Ecclesia Romana vsitatum, non habere verum corpus & sanguinem Christi, sed merum panem. Linda.lib.4. cap.41. VII.

Docent Eucharistiam ad communionem non rectè consecrari extra actum Missæ Pontificiæ. VIII.

Quòd non tota institutio Christi, sed tantùm 4. illa verba: hoc est corpus meum, pertineant ad sanctificationem & consecrationem Eucharistiæ. Catech. Rom. pa.354. Itaq; illam esse consecrationis formam: Hoc est corpus meum. Verba illa, Accipite, comedite & particulam Enim, non esse necessaria ad conficiendum Sacramentum: sed tantùm vsum significare. Rom. Catech.356. IX.

Nisi consecratio fiat in templo, vel altari, vel lapide pontificialiter sacrato, non sufficere benedictionem verborum Christi, nec esse verum Sacramentum. X.

Docent aquam oportere misceri vino in consecrando sanguine Christi. Catech. Rom. XI.

pa.

pa.351. Item Iulius pp. cap. cum omne: Nam si vinum tantùm quis offerat sanguis Christi incipit esse sine nobis: si verò aqua sit sola, plebs incipit esse sine Christo. Ergo quando botrus solus offertur, in quo vini efficientia tantùm designatur, salutis nostræ Sacramentum negligitur, quod aqua significatur: Nō enim potest calix Domini esse aqua sola, aut vinum solum, nisi vtrumq; misceatur.

XII. Contendunt mixtionem aquæ cum vino sine peccato mortali non posse omitti. Cate. Rom. pa.351. Aquæ miscendæ ita graues rationes sunt, vt eam sine peccato mortali omittere non liceat.

XIII. Adfirmant mixtionem aquæ cum vino in administratione Cœnę Domini, esse traditionem Apostolicam. Catech. Rom. 351.

XIIII. Adfirmant vnius speciei vsum, traditionem esse Apostolicam. Eccius.

XV. Docent nullo diuino præcepto laicos & clericos non conficientes, obligari ad Eucharistiæ Sacramentum sub vtraq; specie sumendum. Trid. conci. Sess. 5. cap. 1. Synodus declarat ac docet, nullo diuino præcepto laicos & clericos non conficientes, obligari ad Eucharistiæ Sacramentum sub vtraq; specie sumendum: neq; vllo pacto (salua fide) dubitare posse, quin illis alterius speciei communio ad salutem sufficiat. Nam etsi Christus Domi-

Dominus in vltima cœna venerabile hoc Sacramentum in panis & vini ſpeciebus inſtituit,& Apoſtolis tradidit non tamen illa inſtitutio & traditio eò tendunt, vt oēs Chriſti fideles ſtatuto Domini ad vtranque ſpeciem adſtringantur. Item: Concilium Conſtantienſe Seſs. 13. præſens generale concilium declarat,decernit,& definit, quòd licet Chriſtus poſt Cœnam inſtituerit, & ſuis diſcipulis adminiſtrauerit ſub vtraque ſpecie panis & vini hoc venerabile Sacramentum, tamen hoc non obſtante, ſacrorum canonum authoritas, laudabilis & adprobata conſuetudo Eccleſiæ ſeruauit & ſeruat, quòd huiuſmodi Sacramentum non debet confici poſt Cœnam, neque à fidelibus recipi non ieiunis, niſi in caſu infirmitatis, aut alterius neceſsitatis, à iure vel Eccleſia conceſſo vel admiſſo. Et ſicut hæc conſuetudo ad euitandum aliqua pericula & ſcandala,eſt rationabiliter introducta,quòd licet in primitiua Eccleſia huiuſmodi Sacramentum reciperetur à fidelibus ſub vtraq; ſpecie, poſtea à cōficientibus ſub vtraq;,& à Laicis tantūmodò ſub ſpecie panis ſuſcipiatur,cùm firmiſsimè credendū ſit, & nullatenus dubitandum,integrum Chriſti corpus & ſanguinē,tàm ſub ſpecie panis, quàm ſub ſpecie vini veraciter contineri.

XVI. Docent cõmunionem ſub vna ſpecie pro lege eſſe habendam, nec ſine authoritate Eccleſiæ eſſe mutandam. Trid. Concil. Seſſ. 5. cap. 2. Eccleſia grauibus & iuſtis cauſis adducta, conſuetudinem ſub altera ſpecie communicandi adprobauit, & pro lege habendã decreuit, quam reprobare, aut ſine ipſius Eccleſiæ authoritate pro libito mutare non licet.

XVII. Contendunt Eccleſiam non erraſſe in eo, quòd Laicis ademerint Pontificij calicis vſum, cùm tamen Gelaſius pp. decernat, diuiſionem vnius, eiuſdemque myſterij ſine grandi ſacrilegio peruenire non poſſe. cap. comperimus. Trid. Concili. Seſs. 5. cano. 2. Si quis dixerit, ſanctam Eccleſiam Catholicam non iuſtis cauſis & rationibus adductam fuiſſe, vt Laicos, atque etiam Clericos non conficientes, ſub panis tantummodò ſpecie communicaret, aut in eo erraſſe, anathema ſit.

XVIII. Contendunt totum Chriſtum, & integrũ Sacramentum ſub altera tantũ ſpecie ſumi. Trid. Conc. Seſs. 5. can. 3. Si quis negauerit totum & integrum Chriſtũ ſub vna panis ſpecie ſumi, quia (vt quidam falſo adſerunt) non ſecundum Chriſti inſtitutionem ſub vtraque ſpecie ſumatur, anathema ſit.

Docent

Docent in Cœna Dominica ſemper de no- XIX.
uo creari corpus Domini. Canon Miſſæ.

Docent corpus Chriſti, quàmprimũ den- XX.
tibus teritur, rapi mox in cœlum. gloſſ. de
conſecrat. diſt. 2.

Docent Sacramentũ cœnæ Dominicæ vi- XXI.
ſibile, latriæ cultu, qui vero DEO debetur,
adorandum eſſe. Trid. Conc. Seſs. 3. cap. 5.
Nullus itaque dubitandi locus relinquitur,
cùm omnes Chriſti fideles, pro more in Ca-
tholica Eccleſia ſemper recepto, latriæ cultu,
qui vero DEO debetur, huic ſanctiſsimo Sa-
cramento in veneratione adhibeant: neque
enim minus eſt adorandũ, quod fuerit à Do
mino, vt ſumatur inſtitutum.

Docent Sacramentũ Euchariſtię peculia- XXII.
ri feſto die venerandũ, & in eo circumgeſtan
dum eſſe, vt à populo adoretur. Trid. Conc.
Seſs. 3. cap. 5. Declarat præterea ſancta Sy-
nodus piè & religioſe admodum in Eccleſia
DEI inductum fuiſſe hunc morem, vt ſingu
lis annis peculiari quodã, & feſto die præcel-
ſum hoc, & venerabile Sacramentum ſingu-
lari veneratione ac ſolennitate celebraretur,
vtq; in ꝓceſsionibus honorificè & reueren-
ter illud ꝑ vias & loca publica circũferretur.

Contendunt etiam extra vſum eſſe Sacra- XXIII.
mentũ Cœnæ Dñi, & particulas conſecratas,
quæ remanent poſt cõmun. eſſe verũ corpus

Domini. Trid. Concil. Sess. 3. can. 4. Si quis dixerit peracta consecratione in admirabili Eucharistiæ Sacramento, non esse corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, sed tantùm in vsu dum sumitur, non autem ante vel post: & in hostijs seu particulis consecratis, quæ post communionem reseruantur vel supersunt, non remanere verum corpus Domini, anathema sit.

XXIIII. Docent ad seruationem & repositionẽ Eucharistiæ dilata sumptione, morem esse in Ecclesia Catholicum, pium, & necessariũ. Trid. conc. Sess. 3. cap. 6. Consuetudo adseruandi in Sacrario sanctam Eucharistiã, adeò antiqua est, vt eam seculum etiam Niceni concilij agnouerit. Quapropter hæc Synodus retinendum omninò salutarem hunc & necessarium morem statuit.

XXV. Item: Si panis consecratus sumptuosè circumgestetur, colatur multo auro, argento, serico, inclinatione, genu flectione, prostratione corporis, preciosis vestimentis, sparsione florum, tonsione pectoris, eleuatione manuum, luminaribus, instrumentis Musicis, thure, strepitu Bombardarum, & similibus pompis, id cultum esse DEO placentem.

XXVI. Romano Pontifici regali pompa progredienti in publicum, Eucharistiam præferen-

dam esse, vt inseruiat honori Pontificis.

Quòd ostensione & circumgestatione panis consecrati depellantur tempestates, incendia, morbi, & quæuis pericula, & benedicatur frugibus. XXVII.

Docent satis esse, si quis semel tantùm in anno communicet: & omnes fideles ad cõmunicandũ in Paschate obligant. Trid. cõc. Sess. 3. can. 9. Si quis negauerit omnes & singulos Christi fideles, vtriusque sexus, cùm ad annos discretionis peruenerint, teneri singulis annis saltem in Paschate ad communicandum iuxta præceptum sanctę matris Ecclesiæ, anathema sit. Item: Lateranense Concilium. XXVIII.

Impudenter negant fidem sufficientẽ esse præparationem, ad sumendum Sacramentũ Eucharistiæ. Trid. conc. Sess. 3. Si quis dixerit, solam fidem esse sufficientem pręparationem ad sumendum sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, anathema sit. XXIX.

Docent sufficientem præparationẽ ad dignè accipiendam Eucharistiam, consistere in peccati omnis expulsione, in reuerentia, in dilectione. Bonauentura. XXX.

Item: Docẽt aliam esse pręparationẽ probabilitatis, quãdo homo faciẽdo quod in se est, iudicio propriæ conscientiæ existimat se paratum esse. Sed talem præparationẽ sæpè XXXI.

ſecundum veritatem non eſſe ſufficientem. Et eum qui ſic accedit, non conſequi huius Sacramenti effectum. Bonauentura.

XXXII. Docent eos, qui peccato mortali grauatos ſe intelligunt, neceſſariò oportere præmittere Sacramentalē confeſsionem, priuſquàm ad Sacramenti ſumptionem accedant. Trid. Conc. Seſs.3. cap.7. Eccleſiaſtica autem conſuetudo declarat, eam probationem neceſſariam eſſe, vt nullus ſibi conſcius mortalis peccati, quantūuis ſibi contritus videatur, abſq; præmiſſa Sacramentali confeſsione ad ſacram Euchariſtiam accedere debeat. Item: cap.11. declarat Synodus illis, quos conſcientia peccati mortalis grauat, quantumcunq; etiam ſe contritos exiſtiment habita copia confeſſoris, neceſſariò præmittendam eſſe Sacramentalem confeſsionem.

XXXIII. Negant Cœnam Domini eo fine inſtitutā eſſe, vt credentes, qui hoc Sacramento vtuntur, eius ſumptione confirmentur, & certi reddantur de reconciliatione cum DEO, & remiſsione peccatorum. Ieſuitæ Colonienſes. pag.286. Verùm, quòd certus is de ſua iuſtificatione, & remiſsione peccatorum Euchariſtię perceptione ſit redditus, nō facilè, vel ille tale quid dixerit, vel nos crediderimus.

XXXIIII. Docent ſummā quandā animi mundiciē &in-

& innocentiam neceſſariam eſſe, vt quis ſan
ctiſsimo Chriſti corpore dignè veſci poſsit.
Andrad. lib. 7. pa. 592. Facilè videbimus ſan-
ctos patres ſemper exiſtimauiſſe eos qui ad
ſacroſanctam Euchariſtiam accedere dignè
debent, non modò omni lethali culpa vaca-
re, ſed ab omni nefarij ſceleris ſuſpicione
quàm longiſsimè abeſſe debere.

Docent hunc eſſe effectum Euchariſtiæ, XXXV
quod per eam deleantur venialia & quoti-
diana, non autem mortalia. Roma. Catech.
pa. 588. Remitti verò Euchariſtia & condona
ri leuiora peccata, quæ venialia dici ſolent,
non eſt quod dubitari debeat. Item: Iſte pa-
nis quotidianus ſumitur in remedium quo-
tidianæ infirmitatis: verùm hæc de ijs pecca-
tis intelligenda ſunt, quorum ſenſu & dele-
ctatione animus non permouetur. Item: Co
lonienſis cenſura, pa. 287. Quanquã interim
leuia atq; minora peccata deleat, & ſubinde
quoq; grauia, ſi eorũ memoria confitentibus
nobis exciderit: nã tum Sacramenti virtus in
nobis ſupplet, quod ignorantia deſiderabat.

Negant primarium & præcipuum effectũ XXXVI.
Euchariſtiæ eſſe remiſsionẽ peccatorũ. Con.
Tri. Seſs. 3. can. 5. Si quis dixerit vel pręcipuũ
fructũ ſanctiſsimæ Euchariſtiæ eſſe remiſsio
nem peccatorũ, vel ex ea non alios effectus
prouenire, anathema ſit.

ERRORES DE SACRIFICIO MISSAE, VIDE IN *loco de Sacrificio.*

XXXVII. Pontifices Romani promittunt 200. die-
437. rum indulgentias pro reuerentia erga Eucharistiam, quæ defertur ad infirmos.

ANTIDOTA.

Vt sacrosanctum Testamentum Domini nostri Iesu Christi tueamur contra blasphemias & errores, quibus Pontificij illud lacerare, conuellere & conculcare pedibus annisi sunt, ad ipsam institutionem, & planissima Iesu Christi verba nobis recurrendum est: nec vllo modo committendum, vt inde nos diuelli patiamur. Non quidem vno modo, sed diuersis & varijs tentauit Sathan infringere Christi Testamentum: sed aduersus omnes impostoris insidias probè muniti erimus si verba Christi vtraq; manu & toto pectore retinuerimus. Nam quod Pontificij audacter mentiuntur, cœnam Domini hoc fine institutam esse, vt Ecclesia perpetuum sacrificium habeat ad expianda peccata, refellitur eo, quod Christus inquit: Edite, hoc est corpus meum. Item: Bibite, hic est sanguis meus noui Testamenti, hoc facite in meá commemo-

memorationem. Ac cùm tota Sacra ſcriptura teſtetur, tantùm vnicum eſſe ſacrificium ἱλαστικὸν, quo expiata ſunt noſtra peccata, vt hæc dicta euidentiſsimè demonſtrát: Vnica oblatione conſumauit qui ſanctificantur. *Hebre.10.*
Item: Ecce agnus DEI qui tollit peccata mundi. *Iohan. 1.* Item: Habemus aduocatum apud Patrem *1.Ioan.2.* Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt propiciatio pro noſtris peccatis. *Roman.3.* Item: Per redemptionem in Chriſto Ieſu, quem propoſuit propiciatorium in ſanguine ipſius per fidem. Item: Gratia nobis & pax à DEO Patre, & Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui dedit ſeipſum pro peccatis noſtris. Gal.1. Itẽ: In quo habemus redẽptionẽ per ſanguinem ipſius, nimirum remiſsionem peccatorum. Epheſ.1. Ergò apertiſsimæ blaſphemiæ notam incurrunt, qui fingunt cœnam Domini eſſe ſacrificium ad expianda peccata: figmentum transſubſtantiationis & annihilationis panis & vini refellitur Pauli teſtimonio, qui 1. Corin. 11. Cœnam Domini vocat panem & calicem Domini, ſi quis de hoc pane edit, & poculum Domini bibit indignè, reus eſt corporis & ſanguinis Domini. Item: Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane edat. Item: 1. Corin. 10. Panem quem frangimus, nunquid eſt communicatio corporis Chriſti? Mutilatio cœnæ Domini à Pontifi-

cijs audacia ſacrilega introducta, pugnat cum mandato Chriſti: Bibite ex hoc omnes. Et rurſus: Hoc facite, ſcilicet, non quod vos fingetis, ſed quod vos doceo, in mei commemorationem. Item: Matth. vltimo: Docete eos ſeruare, quæ ego præcepi vobis. Item: Ad verbum meum nihil addetis, neq; detrahetis. Item: Nemo hominis teſtamentum mutat morte confirmatũ. Quod negant fidem ſufficientem eſſe præparationem ad dignè percipiendum Sacramentum Euchariſtiæ, perſpicuè refellitur teſtimonijs Chriſti. Qui crediderit & baptiſatus fuerit, ſaluus erit. Mar. 16. Qui credit in Filium non iudicatur. Iohan. 3. Qui credit in Filium, habet vitam æternam. Iohan. 3. Qui non venit in iudicium, ſed placatus eſt DEO, is corpus Domini non accipit ad iudicium: ſed potiùs hoc tanto pignore certus redditur de remiſsione peccatorum & hæreditate vitæ æternæ. Sic & Paulus iubet vt probet ſe quiſque ad dignè participandum de corpore & ſanguine Ieſu Chriſti: videlicet vera exercitio pœnitentiæ & fiducia in Mediatorem. Atroci etiam contumelia adficiunt ſacroſanctum Chriſti Teſtamentum, quod fingunt Pontificij tantũ quotidiana & venialia delicta purgari per Euchariſtiam, grauiora verò & mortalia peccata per actum contritionis, confeſsionis &

ſatiſ-

satisfactionis tollenda & expianda esse: Ita maiorem efficaciam tribuunt operi hominis quàm sanguini Iesu Christi: cùm tamen Christus dicat: hic est sanguis meus noui Testamenti, qui effunditur pro vobis in remissionem peccatorum. Circumgestatio & adoratio consecrati panis idolatria pugnat cum mandato, Domino DEVM tuum adorabis, & illi soli seruies.

XVIII. LOCVS.

DE AFFLICTIONIBVS ECCLESIAE

Errores Pontificiorum.

Pontificij docent martyria & adflictiones sanctorum esse hostiam pro peccato. I. 438. Lindanus libr. 4. cap. 73. Origenes testatur Paulum & alios sanctos, sese in hostiam obtulisse iugulandos. Et paulò post: Ita fortassis cæterorum sanctorum & iustorum sanguis fusus est, ad expiandum pro parte aliqua populum. Atq; ita docent Pontificij, sanctorum adflictiones non tantùm ipsis prodesse ad salutem: sed etiam alijs, quibus meritum sanctorum communicari queat per intercessionem.

Docent adflictiones & ærumnas huius vitę II. esse

esse compensationes pro commissis delictis, & satisfacere iudicio DEI poscentis pœnam delictorum. Tridenti.concil. Sess.4.cap.9. Docet præterea tantam esse diuinæ munificentiæ largitatem, vt non solùm pœnis sponte à nobis pro vindicando susceptis, aut sacerdotis arbitrio pro mensura delicti impositis, sed etiam quod maximum amoris argumentum est, temporalibus flagellis à DEO inflictis, & à nobis patiēter toleratis apud DEVM patrem per Iesum Christum satisfacere valeamus.

III. Docent piorum adflictiones & crucem mereri non solùm mitigationem æternarum pœnarum, sed etiam futuræ vitæ cœlestem gloriam.

IIII. Docent eos qui pro nomine Christi sanguinem fuderunt, cùm non sint baptizati aqua, suo ipsorum sanguine baptizatos & vitæ coronam meritos esse. Ac nominant hunc Baptismum sanguinis. Thomas lib.4.dist.4. arti.3. Baptismus sanguinis, & Baptismus pœnitentiæ habent eandem vim regenerandi cum Baptismo aquæ: quia Baptismus sanguinis & Baptismus pœnitentiæ non valent ad regenerationem, nisi ei, qui habet Baptismum aquæ in proposito.

V. Docent DEO esse gratum cultum, si quis seipsum adfligat abstinentia cibi χαμευνίαις.

Item:

Item: Si quis seipsum cædat virgis: & has spontaneas adflictiones docent esse satisfactiones pro peccato. Trid. conci. Sess. 4. ca. 9. Docēt prætereà tantam esse diuinæ munificentiæ largitatem, vt non solùm pœnis sponte à nobis pro vindicando peccato susceptis, sed & temporalibus flagellis à Deo impositis apud Deum Patrem per Christum satisfacere valeamus.

Docent nos ærumnis & calamitatibus huius vitæ ita configurari Christo, vt hac ipsa configuratione cum Christo habeamus iusticiam coram DEO. Sotus Adsertio. Cathol. de Eucha. Paul. Philip. 3. Configuratus, inquit, morti Christi, si quando occurramus ad resurrectionem, quæ est ex mortuis. Vera igitur iusticia illa per configurationem Christi habetur: atq; ita per ea, quibus ei conformamur. VI. 443.

ANTIDOTA.

Sacra scriptura disertè docet piorum ærumnas & martyria nequaquam esse expiationes vel satisfactiones pro peccatis vel suis vel aliorum. Solius enim Filij DEI Iesu Christi Mediatoris sanguis mundat nos ab omni peccato. Disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. Iesa. 53. Ego torcular calcaui solus, & de gentibus nullus est mecum. Esa. 63.

mecum. Item: Iohann .1. cap. Ecce agnus DEI, qui tollit peccata mundi. Item: Act.3. Non est in alio salus, neq; est aliud nomen datum hominibus sub cœlo, in quo oporteat nos saluos fieri. Item: 1. Timoth.2. Vnus est Mediator DEI & hominum, homo Iesus Christus. Item: 1. Iohan.2. Iesus Christus est propiciatio pro nostris peccatis, non pro nostris tantùm, sed pro peccatis totius mundi. Nullo modo igitur imaginandum est, quòd adflictiones & martyria sint vel compensationes pro delictis, vel expiationes, vel mereantur vitam, vel sint iusticia coram DEO: hæc enim falsa imaginatio derogat honori Filij DEI, & pugnat cum præcipuo articulo fidei nostræ, de gratuita remissione peccatorum per fidem propter mortem Iesu Christi. Error quoq; est quod Pontificij sponte sua sibi crucem imponunt & adfligunt corpus, & fingunt, electicias & sponte susceptas adflictiones esse cultus coram DEO, cùm vox diuina nō tantùm reijciat electicios cultus, verùm etiam prohibeat adfligere corpus, & augere sibi ærumnas. Non occides, inquit. Item: Honorē habeto corpori. Item: Sufficit Diei adflictio sua. Matth.6. Quod adflictiones piorum non sit iusticia coram DEO, testatur Paulus, Si ex operibus legis iusticia, Christus frustra mortuus est. Gal.2;

XIX. LOCVS.

DE MAGISTRATV POLITICO

Errores Pontificiorum.

POntificij docent alienum esse ab officio politici magistratus iudicare de doctrina religionis, & curam agere vt populus doceatur de DEO. Soto in Cathol. scholijs. Illud est certum, alienum esse à principe rempublicam administrante, definire dubia erga fidem: hoc verò pertinere ad eos qui Ecclesiam gubernant. Item in Assertione: Vbi quid aliud principi, quod ad se attinet, præscribitur, quàm vt nouerit discipulum se esse legis non doctorem: suscipiendam sibi esse legē, & discendam. Item: Si princeps conetur definire dubia de religione, tum eum meritò audire, Vade post me Sathana, scandalum mihi es. Assertio Cathol. 1. 444.

ANTIDOTA.

Spiritus sanctus docet politicum Magistratum non esse armentarium, qui tantùm huius vitæ bona administret & curet: sed potius vices DEI in terris gerere, & hoc officij habere, vt curet populum rectè erudiri de DEO, sit defensor pij cultus DEI, & salutaris

doctrinæ, ac nutricius Ecclesiæ: Ego dixi vos dij estis, & filij Altißimi. Psalm 82. Hoc titulo augustißimo testatum facit Spiritus sanctus, Magistratum gerere diuinum munus, & ea curare debere, quæ ad gloriam DEI & salutem hominum pertinent. Cùm enim Paulus Magistratum vocat ministrum DEI qui non frustra gerat gladium, satis perspicuè monet, gubernationem politicam non tantùm huic vitæ hominum, & communi tranquillitati, sed inprimis DEO seruire debere. Quomodo autem seruiet politicus Magistratus DEO, quomodo patrocinium veræ doctrinæ suscipere, quomodo pios cultus tueri, impius verò abrogare potest, si ei nullum de doctrina permittitur iudicium? Secundus Psalmus inquit: Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram, seruite ei in timore, & exultate cum tremore. Non alloquitur Reges vt priuatos, sed vt Reges & iudices, nec tantùm vult eos colere pietatem & sectari iusticiam quòd ad suam attinet personam, vt ipsi saluentur, sed etiam vult eos in tota gubernatione seruire DEO, nimirum fouendo & promouendo doctrinam salutarem Euangelij, tuendo pios pastores, arcendo ab Ecclesia falsos doctores & impia dogmata.

XX. LOCVS.

DE MATRIMONIO

Errores Pontificiorum.

Pontificij docent, matrimonium esse Sa- I.
cramentum. Catech. Rom. pag. 556. 445.

Docent matrimonio conferri gratiã, quæ II.
naturalem amorem perficiat, & indissolubilem vnitatem confirmet, coniugesq; sanctificet. Catech. Rom. pag. 559.

Iubent vt coniugia inter adolescentulos IIII.
iniussu parentum contracta, firma rataq; maneant. Tappeto. 2. art. 19. pa. 524.

Vetant ne inter cognatos vsq; ad septimũ IIII.
gradum legittima sint matrimonia, & quæ contracta sunt, dissoluunt. Petrus Lombard. lib. 4. dist. 40. Cognati ergò vel affines in septimo gradu, vel infra copulari non debent.

Rursus restrinxerunt prohibitionem vsq; V.
ad quartum gradum. Concilium Lateranense sub Innoc. III. cap. 50. Prohibitio quoq; copulæ coniugalis, quartum consanguinitatis, & adfinitatis gradum de cætero non excedat, quia sunt quatuor humores in corpore humano.

Docent susceptorem cum eo, quem ex Ba VI.
ptismo suscipit, cumq; eius veris parentibus adfinitate spirituali deuinciri: ita, vt

O legit-

legittima nuptiarũ fœdera inter hos omnes iniri non posſint, atque inita dirimantur. Catech.Rom.pag. 278.

VII. Docent, quòd matrimonia contracta contra canones, ipſa dirimentes ſimpliciter ſint irrita, & nulla. Ruard. Tapp. to. 2. art. 20.

VIII. Docent quòd liceat Chriſtiano infidelem coniugem ob diuerſam religionem repudiare & dimittere. Cauſ. 28. q. 1. cap. Sic enim: neque recedere ab vxoribus infidelibus, vel à maritis fideles viri vel fœminæ non prohibentur à Domino, vt neq; iubentur.

IX. Docent propter adulteria non eſſe dirimenda matrimonia, niſi quò ad thorum & menſam. Nec licere viro innocenti, qui adulteram dimiſerit, alteram ducere vxorem. Cauſ. 32. q. 8. cap. Hi verò qui vxores.

X. Docent deſertæ parti non licere nouum matrimonium contrahere, niſi conſtet deſertricem partem extinctam eſſe.

XI. Docent clandeſtina ſponſalia, ſi tempore præceſſerint, publicè celebratis anteponenda eſſe.

XII. Negant inter vouẽtes matrimonia cõmi hi poſſe. Cauſa. 27. q. 1. Quod vouentes.

XIII. Docent q̃ hi, qui in legittimo matrimonio procreandis liberis dant operam, in carne viuant. Siritius pp. Epiſtola 4.

Quod

Quod à ſeptuageſima ad octauas Paſchæ à tribus diebus, ante Aſcenſionem vſque ad octauas Pentecoſtes, ab aduentu ad Epiphania, non liceat celebrare nuptias. Ruard. Tapp. art. 20. pag. 526. XIIII. 458.

ANTIDOTA.

Cùm matrimonium nō ſit primùm inſtitutum in nouo Teſtamento, ſed originem ex Paradiſo habeat, nec conſtet certo externo ſigno, vel elemento diuinitùs mandato, nec adiunctam habeat promiſsioné gratiæ & remiſsionis peccatorum, Sacramentū noui Teſtamenti dici non poteſt, vt Pontificij acriter contendunt, decepti inſcitia vocis myſterij, quò Paulus Epheſ. quint. vtitur, quod verò fingunt, matrimonio conferri gratiā ſpiritualem, vt ſine teſtimonio ſcripturæ adſeritur, ita meritò reijcitur. Matrimoniū etiam inter gentiles cōſtare, teſtatur Paulus. Nemo autem DEO placet abſq; fide. Quod adprobant coniugia adoleſcentum abſq; conſenſu parentū facta, in hoc violant quartum preceptū: honora patrem & matré, vt ſis longæuus ſuper terram. Vox diuina parentibus hanc tribuit authoritatem, quòd habeant ius elocandi liberos, & præcipit liberis, vt parentibus obediant. Non accipies, inquit, Scriptura filio tuo vxorem

de filiabus exterarum gentium. Et 1. Corint. 7. Si elocas filiam tuam, benè facis.

Prohibitio matrimonij inter cognatos vsq; ad septimũ gradum, & deinde restrictio facta vsque ad quartum fundamentum, in Sacra scriptura nõ habetur. Et ad Episcopos non immeritò dicitur, Quis vos constituit Iudices? quis dedit vobis potestatem adstringendi conscientias nouis legibus? Propter fornicationem & adulterium dimitti posse coniugem, & desertam partem posse alteri nubere bona conscientia, docet Christus Matth. 19. Qui dimiserit vxorem suam, nisi propter adulterium, mœchatur: & Paulus, Si infidelis separatur, separetur. Frater aut soror in eiusmodi casu non est adstricta seruituti. 1. Cor. 7.

XXI. LOCVS.

DE COELIBATV

Errores Pontificiorum.

I. 459. PONtificij docent, Sacerdotibus & ministris verbi diuini ac Sacramentorum, nõ licere inire matrimonia. dist. 28. cap. Nullum facere subdiaconũ præsumant Episcopi, nisi qui se castè victurum promiserit. Item 28. Decernimus, vt qui in ordine subdiaconatus, & supra

ſupra vxores duxerint, aut concubinas habuerint, officio, atque Eccleſiaſtico beneficio careant.

Facilius tolerari poſſe, ſi Sacerdos plura alat Scorta, quàm ſi legittimũ contrahat matrimonium. Pighius. II.

Quòd coniugium terram impleat, virginitas Paradiſum. Hieronymus. III.

Quòd cœlibatus ſit ſtatus perfectior & ſanctior, quàm ſit matrimonium. Catech. Rom. pag. 552. Nunc enim aucto iam humano genere non ſolùm vlla Lex vxorem ducere non cogit, ſed potiùs virginitas ſummoperè commendatur, & vnicuique in Sacris literis ſuadetur, vt quæ matrimonij ſtatu præſtantior ſit, maioremq; in ſe perfectionem & ſanctitatem contineat. IIII.

Quòd abſtinentia in cœlibatu æternæ vitæ coronam mereatur. Soto in adſer. Cath. de votis. Docet ergò ſana & catholica fides, & virginitatem & cœlibatũ cultum eſſe DEO gratiſſimum, ampliſſimas habentem DEI promiſſiones, eius maximè quæ futura eſt vitæ æternæ, quare ſunt, & ſatisfactio maxima peccatorum, & meritum vitæ æternæ. V.

Quòd coniugium ſit impedimentum obſecrandi Dominum. Soto in ſcholijs. Denique quod apertè docet, impedimentum eſſe Dominum obſecrandi, & à cuius actu ſepa- VI.

rari docet, ipſos debere coniugatos ad tempus, vt orationi vacent.

VII. 465. Docent coniugium eſſe remoram tendenti ad perfectionem, & vitam æternam. Non expedit, inquiunt, homini ad regna cœlorum tendere, volenti nubere. Rationale diuinorum. Item: Aquinas: Ad perfectionem tendentibus maximè vitandum eſt vinculum coniugale.

ANTIDOTA.

Prima coniugij inſtitutio nullum genus hominum excipit, ſed omnibus ordinibus id cōcedit & ſuadet. Non eſt bonum, inquit DEVS, hominem eſſe ſolum, faciam ei adiutorium. De miniſtris autem Eccleſię in nouo Teſtamēto peculiariter loquitur Paulus,
1. Tim. 3. inquiens: Epiſcopus ſit vnius vxoris mari-
1. Cor. 7. tus. Et de omnibus ordinibus inquit: Ad vitandā fornicationem quiſque ſuam habeat coniugem. Nec licere vlli Pontifici vel Magiſtratui certum genus hominum adſtringere voto caſtitatis, probat Chriſti ſententia, nō omnes capiunt verbum iſtud.
Matth. 19. Ac Petro Apoſtolo fuiſſe coniugem, manifeſtum eſt, contra blaſphemias Pontificiorum, quibus conuiciantur, coniugiū eſſe impedimentū precationis, eſſe vitam carnalem ducere: non differre à ſcortatione, ſi miniſter

ſter verbi contrahat, teneatur ſententia ad Heb. Coniugium eſt honorabile in omnibus,& thorus immaculatus.Heb.13.

XXII. LOCVS.

DE CONFIRMATIONE

Errores Pontificiorum.

POntificij contendunt Confirmationem I.
eſſe Sacramentum, idq́; negantes ana- 466.
thema feriunt. Trid. concil. Seſs. 7.Can.1. de conf.Si quis dixerit confirmationem baptizatorũ ocioſam ceremoniam eſſe, & non potiùs verum & proprium Sacramentum, aut olim nihil aliud fuiſſe, quàm Catecheſin quandam, qua adoleſcentiæ proximi fidei ſuæ rationem, coram Eccleſia exponebant,anathema ſit.

Aſfirmant Chriſtum eſſe authorem confir- II.
mationis.Catech.Rom.pag.321.Item:323.

Docent ſolos Epiſcopos eſſe ordinarios III.
miniſtros confirmationis. Trid. con. Seſs.7. Can.3.Si quis dixerit ſanctæ confirmationis ordinarium miniſtrum,non eſſe ſolum Epiſcopum, ſed quemuis ſimplicem ſacerdotẽ, anathema ſit.

Docent maiorem gratiam & virtutem tri- IIII.
bui Chriſtianis per confirmationem quàm per Baptiſmum: quæ ſanè tetra eſt blaſ-

phemia. Catec. Rom. pa. 319. Cùm igitur Baptiſmi gratia homines in nouam vitam gignantur, Confirmationis autem Sacramento, qui iam geniti ſunt, viri euadant, euacuatis quæ erant paruuli: ſatis intelligitur quantum in naturali vita generatio ab incremento diſtat, tantundem inter ſe differre Baptiſmum, qui regenerandi vim habet & confirmationem, cuius virtute fideles augeſcunt & perfectum animi robur adſumunt. Præterea quoniam nouum atq; diſtinctum Sacramenti genus conſtituendum eſt, vbi animus in nouam aliquam difficultatem incurrit, facilè proſpici poteſt, quemadmodum Baptiſmi gratia ad mentem fide informandam indigemus, ita etiam maximè conducere fidelium animos alia gratia confirmari, vt nullo pœnarum, ſuppliciorum, mortis periculo aut metu, à veræ fidei confeſsione deterreantur. Quod quidem cùm ſacro confirmationis chriſmate efficiatur, ex eo apertè colligitur, huius Sacramenti rationem à Baptiſmo diuerſam eſſe.

Quare Melchiades Pontifex vtriuſq; diſcrimen accurata oratione perſequitur ita ſcribens, In Baptiſmate homo ad militiam recipitur, & in confirmatione coarmatur ad pugnam. In fonte Baptiſmatis Spiritus ſancti plenitudinem tribuit ad innocentiam, confirma-

firmatione autem perfectionem ad gratiam ministrat. In Baptismo regeneramur ad vitam, post Baptismum ad pugnam confirmamur: In Baptismo abluimur, post Baptismum roboramur. regeneratio per se saluat, in pace Baptismum recipientes, confirmatio armat atq; instruit ad agones. Hæc Catech. Rom.

Docent per confirmationem septiformem Spiritus sancti gatiam conferri. Catech. Rom. pa. 317. Omnibus festinandum est sine mora renasci DEO, & demum ab Episcopo consignari, id est, septiformem gratiam Spiritus sancti percipere. V.

Docent Chrisma adhibendum in confirmatione solennibus ceremonijs ab Episcopo consecrandum esse. Rom. Catech. pa. 324. Consecratur autem Chrisma solennibus ceremonijs ab Episcopo. VI.

Docent ritum Chrismatis & verba, quibus in eius administratione Catholica Ecclesia vtitur, auctorem habere Christum. Rom. Catech. pa. 321. Igitur à pastoribus explicandum est, Christum Dominum non solùm auctorem fuisse, sed sancto Fabiano Pontifice Romano teste, Chrismatis ritum & verba, quibus in eius administratione Catholica Ecclesia vtitur, præcepisse. VII.

Docent oportere Chrisma ex oleo & Balsamo VIII.

ſamo fieri,&conſeruari oportere. Catech.Roma.pa.322. Concilium Florentinum.

IX. His verbis confirmationis formam abſolui: Signo te ſigno crucis,& cõfirmo te Chriſmate ſalutis in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Catech.Rom.325.

X. Quòd Chriſmatis confectio ſanctis precationibus ſit perficienda: eaque ad ſolum Epiſcopum pertineat. Catech. Roma.325. Quoniam Dominus hanc confirmationis materiam, vſu ipſo & tractatione non ſacrauit, neceſſarium eſt, vt ſanctis, & religioſis precationibus conſecretur, neq; ad alium ea confectio, niſi ad Epiſcopum pertinere poteſt.

XI. Docent ſuſceptores in cõfirmatione adhibendos eſſe & in Baptiſmo, inter quos adfinitas Spiritualis contrahitur, quæ legittima nuptiarum fœdera impedit. Catech. Roma. pag. 329.

XII. Docent confirmatione condonari & remitti peccata. Catech.Rom.p.332.

XIII. Quòd confirmationi proprium ſit, baptiſmi gratiam perficere. Catech.Rom.332.

XIIII. Quòd confirmatio Characterem imprimat, propter quem non ſit iteranda. Catech. Rom. pag. 335.

XV. Quod ad illinitionẽ Chriſmatis detur Spiritus ſanctus. Catech.Rom.p.336. Qui igitur con-

confirmantur ſacro Chriſmate, in fronte vnguntur. Nam hoc Sacramento Spiritus ſanctus in animos fideliũ ſeſe infundit, in eisq; robur & fortitudinem auget.

Docent Sacramentum confirmationis XVI.
vſq; ad ſeptimum ætatis annum differendũ eſſe. Catech. Rom. pa. 331. Quare ſi duodecimus annus non expectandus videatur, vſq; ad ſeptimum certè hoc Sacramentum differre maximè conuenit.

Ritus confirmationis hoc modo deſcri- XVII.
bunt: Qui igitur confirmantur ſacro Chriſmate in fronte vnguntur: preterea nota illa, qua Chriſtianus à cæteris veluti miles inſigni busquibusdam ab alijs diſtinguitur, in illuſtriori corporis parte imprimẽda erat. Deinde qui vnctus & confirmatus eſt, vt meminerit ſe tanquã fortem athletã paratũ eſſe oportere ad omnia aduerſa inuicto animo pro Chriſti nomine ferenda, manu leuiter in maxilla ab Epiſcopo cæditur. Poſtremò autem pax ei datur, vt intelligat ſe gratiæ cœleſtis plenitudinem & pacem conſecutum eſſe. Catech. Roma. pag. 337.

Docent Chriſtianum aliter perfectum eſ- XVIII.
ſe nequaquam poſſe, nec ſedem habere inter perfectos, etiamſi baptiſatus fuerit, niſi ſit Chriſmate ab Epiſcopo conſignatus. Cle. pp.

Negant Chriſtianum eſſe poſſe, niſi qui XIX.

fuerit chrismatus. Concilium Aurelianense de consecrat. dist. 5. Nunquam erit Christianus, nisi in confirmatione Episcopali fuerit chrismatus. Ergo infantes licet baptisati non sunt Christiani.

XX. Docent quòd confirmatio animam & corpus armet: Animam quidem per impressionem Characteris, contra pusillanimitatis vicium: corpus verò per clypeum crucis, contra insultus dæmonum, contra timorem in confessione nominis Christi audaciam præstat, pugnantem coronat, quod notatur in vitta quæ circa caput cõfirmati ligatur. Compend. Theol. lib. 6. cap. 11.

XXI. Nihil prodesse etiamsi per Baptismum à lapsu erigamur, nisi etiam per confirmationem ad standum confirmemur. Gerson.

XXII. Quòd omnes quicunq; Baptismate renati isto fuerint liquore peruncti corporum atque animarum benedictionẽ plenissimam consequantur. Ex pontificali.

XXIII. Oleo Chrismatis admisceri virtutem Spiritus sancti. Pontificale.

XXIIII. Quòd consecratum Oleum sit Chrisma salutis his qui renati sunt ex aqua & spiritu, quodq; eos vitæ æternæ participes, & cœlestis regni consortes faciat. Pontificale.

XXV. Quòd liquorum commixtio fiat omnibus ex ea perunctis propiciatio & custodia salu-

ſalutaris, in ſecula ſeculorum. Pontificale.

Chriſma tantùm non adorandum eſſe: ſiquidem hæc verba dici iubent Pontificij; Aue ſanctum Chriſma. Pontificale. XXVI.

Quod per Chriſma in confirmatione Chriſto incorporemur & ſanctificemur. Pontificale. XXVII.

Quod Laici attrectatione Chriſmatis minus reuerenti ſupremam DEI indignationem prouocent; & plus quàm gehennam incurrant. XXVIII. 493.

ANTIDOTA.

Tota doctrina Pontificiorum de Confirmatione eſt merum figmentum cerebri humani ſine omni teſtimonio Sacræ ſcripturæ. Refellitur igitur dictis Chriſti: Omnis plantatio quam non plantauit Pater meus cœleſtis, eradicabitur. Item: Fruſtra me colunt docentes doctrinas, præcepta hominum. Item: Coloſ. 2. Si ergò mortui eſtis cum Chriſto, ab elementis mundi, quid quaſi viuentes in mundo decretis tenemini: ne tetigeris, ne guſtaris, ne contrectaris, quæ omnia ipſo vſu conſumuntur, ſecundum præcepta & doctrinas hominum. Quod fingunt confirmatione condonari peccata, pugnat cum dicto Iohannis Apoſtoli. 1. Iohan. 1. Sanguis Ieſu Chri-

Christi mundat nos ab omni peccato, & ad Ephe.1. In quo habemus redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorũ, septiformem gratiam Spiritus sancti tribui per confirmationem, mendacium est: Scriptura enim Sacra testatur, Spiritũ sanctum dari per promissionem Euangelij, & accipi per fidem, vt spiritus promissionem acciperemus per fidem. Gal.3. Atrox etiam contumelia est in vniuersum nomen Christianum neminem posse verum esse Christianum, nisi sit ab Episcopo chrismatus, vt loquuntur. An ergo tot Christianorum millia, qui nihil vnquam de figmento Chrismatis audiuerunt, morti æternæ adiudicabuntur? cur dicit Christus: Qui crediderit & baptisatus fuerit, saluus erit. Marci 16. Si confirmatio Papistica adeò necessaria est ad salutem? Idolatria & incantatio quæ in magica consecratione Chrismatis exercetur, damnatur in primo & 2. præceptis. Non habebis DEOS alienos coram me. Et non assumes nomẽ Domini DEI tui inuanum.

XXIII. LOCVS.

DE EXTREMA VNCTIONE

Errores Pontificiorum.

1. 493. PONtificij contendunt extremam vnctionem esse Sacramentum. Cate. Rom. 495.

Docent

Docent extremam vnctionem à Christo institutam & præceptam esse. Catech. Rom. 499. Trid. concil. Sess. 4. Can. 1. II.

Materiam extremæ vnctionis oportere esse ex olearum baccis tantummodò expressum liquorem, eumq; ab Episcopo conceptis verbis consecratum. Catech. Rom. 496. III.

Contendunt extremam vnctionem conferre gratiam Spiritualem. Trident. Concil. Sess. 4. ca. 4. Si quis dixerit, sacrá infirmorum vnctionem non conferre gratiam, nec remittere peccata, nec alleniare infirmos, sed iam cessasse, quasi olim tantùm fuerit gratia curationum, anathema sit. IIII.

Docent extrema vnctione sanitatem corporis restituti ægrotis. Catech. Rom. pa. 500. V.

Extremò vnctionis Sacramenta leuiora peccata, quæ venialia nominantur, remitti. Catech. Rom. 505. VI.

Diaboli vim & impetum frangi & propelli Sacramento exremæ vnctionis. Catech. Rom. 507. VII.

Contendunt extremæ vnctionis ritum & vsum, quem obseruat sancta Romana Ecclesia, à Christianis absq; peccato contemni nõ posse. Trid. concil. Sess. 4. can. 3. VIII.

Contendunt proprium extremæ vnctionis ministrum esse sacerdotem: & eum qui hoc IX.

hoc negat, anathemate feriunt. Trid. concil. Sess.4. Can.4.

X. Contendunt formam huius Sacramenti esse hæc verba: Per istam sanctam vnctionem indulgeat tibi DEVS, quicquid oculorum siue narium, siue tactus vicio deliquisti, Catech. Roma. pa. 497. Concil. Trid. Sess.4 cap. 1.

XI. Docent extremam vnctionem magnam diuinæ misericordiæ fiduciam in ægroto excitare. Trid. concil. Sess.4. cap. 1. Res etenim gratia est Spiritus sancti, cuius vnctio delicta, si quæ sint adhuc expianda, ac peccati reliquias, abstergit, & ægroti animam alleuiat & confirmat, magnam in eo diuinæ misericordiæ fiduciam excitando.

XII. De loco inungendo docent, vnctionem faciendum ad oculos, ad aures, ad nares, ad os, ad lumbos, & ad manus. Compen. Theo. lib. 6. ca. 35.

XIII. Docent vnctionem posse iterari, si quis sæ-
505. pè infirmetur: sed in vna infirmitate non debet quis his inungi, nisi eadem infirmitas vltra annum protrahatur, ita quod in vno anno propter eandem infirmitatem nemo bis inungatur. Compend. Theol. lib. 6. 35.

ANTIDOTA.

Semper in conspectu sit piæ menti inqui-

renti

renti solida fundamenta fidei suæ, dictum Christi: Omnis plantatio quam non plantauit meus Pater, eradicabitur. Monet enim Christus hoc dicto, nullum dogma de DEO & vita æterna, nullum cultum, nullam religionem accipiendam esse, nisi quæ ab ipso æterno Patre in verbo suo instituta est. Constat autem vnctionem extremam Pontificiá neque à Christo, neq; ab Apostolis institutam esse. Nam quòd Marcus dicit de vnctione infirmorum, fuit ea singulare donum sanandi ægrotos, datum Apostolis à Christo, non fuit generale mandatum ad ministerium docendi pertinens. Neq; adhibebant Apostoli magicas illas consecrationes olei, quas excogitauit Romana Synagoga, neq; singularem efficaciam spiritualem tribuebát oleo, vt Pontificij faciunt, sed oleo quod in illis locis pręstans nascebatur, tanquã idoneo remedio ad morborum curationem vtebantur. Pontificij verò contendunt efficacia vnctionis deleri peccata venialia, quod contumeliose dicitur in sanguinem Iesu Christi, qui in remissionem peccatorũ nostrorum effusus est. Paulus inquit: Iustificamur gratis gratia ipsius per redemptionem, quæ est in Christo Iesu, quẽ proposuit propiciatorẽ per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionẽ iusticiæ, quę est in remissione peccatorũ. Et Iesa.

 inquit:

inquit: Disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. 53. Item: Christus est propiciatio pro peccatis nostris, & non tantùm pro nostris, sed pro peccatis totius mundi. 1. Ioann. 2. Nulla igitur res est neque in cœlo neque in terra, quæ abstergat peccata hominum, præter sanguinem Domini nostri Iesu Christi. Error est, quòd tribuunt oleo vim & efficaciam fugandi & pellendi immundos Spiritus. Hoc enim absque testimonio Sacræ scripturæ adseritur. Paulus verò docet alijs armis aduersus nequitias Spiritus nobis opus esse, videlicet spiritualibus, verbo DEI, fide, precatione, iusticia, & Spiritus sancti auxilio.

XXIIII. LOCVS.

DE RITIBVS HVMANIS

Errores Pontificiorum.

I. 506. PONtificij docent, quòd ritus Episcoporū authoritate absque mandato DEI instituti, sint cultus DEO placentes.

II. Quòd ceremoniæ humanæ non mandatæ diuinitùs, sint obseruatu necessariæ, & obstringant conscientiam. Triden. Concil. Sess. 7. can. 13. Si quis dixerit, receptos & adpro-

adprobatos Ecclesiæ Catholicæ ritus in solenni administratione Sacramentorum adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato à ministris pro libito omitti, aut in nouos alios per quemcunq; Ecclesiarum pastorem mutari posse, anathema sit.

Quòd rituum externorũ obseruatio mereatur remisionem peccatorum, & deletionem, cùm culpæ, tum pœnæ. III.

Quòd ritus & consuetudines Ecclesiasticæ æquè sint obseruandæ, atque leges diuinæ. Eccius Enchirid. de huma. constitutionib. 2. axio. IIII.

Quòd in Ecclesia noui Testamenti liceat sine authoritate diuina instituere ceremonias, similes ceremonijs Leuiticis, vt sunt: Sacerdotium externum, vestes Sacerdotales, Leuitarum distinctio, aqua lustralis, thymiamata, annus iubileus, luminaria, thus, & id genus infinita. V.

Quòd in Ecclesia Iesu Christi liceat instituere ceremonias, easque sacris adhibere, similes Ethnicis ceremonijs, vt sunt: consecratio aquæ, & salis. Soto adsert. de consecrat. Salis. Aquæ igitur benedictæ consecratio habet quidem exemplum in aqua lustrationis legis veteris, sicut admixtio Salis, & benedictio in Helizeo, sed non hæc quasi necessariò obseruanda in lege- VI.

ge noua suscepta sunt: sed vel ex fiducia in Christum, qui Sacerdotibus suis deesse non potest, antiquissima traditione in salutem fidelium consecratur, vel certè ex consuetudine & Iudæorum & gentium translatum. Item ordines Papistici ex ipso gentilitatis vsu desumpti: Sic enim ipsi fatentur & loquuntur: Isti ordines sacri diuersis locis per orbem terrarum quacunq; sanctæ Ecclesiæ corpus diffusum est, disponuntur, non solũ voluntaria ordinatione spiritualiũ patrum, sed ex ipso quoque gentilitatis vsu conuenienti ratione adsumpta. Ex Hugone de S. Victo. Item: dist. 21. Inter eos discretio quædam seruata est, vt alij appellentur simpliciter sacerdotes, alij archipresbyteri, alij chorepiscopi, alij Episcopi, alij archiepiscopi seu metropolitæ, alij primates, alij patriarchæ, alij summi Pontifices. Horum discretio à gentilibus maximè introducta est, qui suos flamines, alios simpliciter flamines, alios archiflamines, alios protoflamines adpellabant.

VII. Quod Theatricæ & Scenicæ Pompæ, stulticiæ & ineptiarum plena spectacula & ludi, cuiusmodi in sacris Papistarum adhibentur, sint vtiles ceremoniæ, quibus DEVS honore adficiatur, & religio commendatior reddatur: vt sunt:

1. Pro-

1. Processiones.
2. Gestatio statuarum.
3. Oppugnatio inferni.
4. Adpensio veli.
5. Asinus die Palmarũ circumductus.
6. Sepultura crucis.
7. Vigilæ ad sepulchrum.
8. Eleuatio crucis.
9. Adscẽsio imaginis Christi, & deiectio ignis & aquæ in die Ascẽsio. Christi.
10. Colũbæ demissio in die Pentecostes.
11. Peregrinationes in die Marci & hebdomada rogationum.
12. Matutinæ nocturnales.
13. Strepitus instrumentorum ligneorum in die magnæ Parasceues.
14. Vigiliæ.
15. Horæ Canonicæ.
16. Primæ.
17. Tertiæ.
18. Sextæ.
19. Nonæ.
20. Anniuersaria.
21. Septimæ.
22. Tricesimæ.
33. Ecclesiæ Cathedrales.
24. Collegiatæ.
25. Monasteria.
26. Prioratus.

27. Præceptoriæ.
28. Collegia.
29. Hoſpitalia.
30. Eccleſiæ Parochiales.
31. Capellæ.
32. Filiales Eccleſiæ.
33. Commendaturæ.
34. Veſtes conſecratæ.
35. Humerale.
36. Alba.
37. Cingulum.
38. Stola.
39. Manipulà.
40. Caſula.
41. Veſtes Chorales.
42. Altaria.
43. Altaria portatilia.
44. Candelabra.
45. Lucernæ.
46. Ampullæ.
47. Thuribula.
48. Thymiamata.
49. Tabulæ pictæ.
50. Vexilla.
51. Monſtrantiæ.
52. Ciboria.
53. Campanellæ.
54. Pannus quadrageſimalis.
55. Alba veſtis Statuarum.

56. Li-

56. Litania Sanctorum.
57. Crux indulgentiarum.
58. Reliquiæ Sanctorum.
59. Palmæ in die Palmarum.
60. Oſculum pacis.
61. Exequiæ.

Et ſimiles ſexcentæ & nugaciſsimæ nugæ & impoſturæ.

Fingunt Pontificij ritus conſecrandi variæes conceptis verbis originem habere ab Apoſtolica traditione, vt ſunt: VIII.

1. Conſecratio Monachorum.
2. Aqua benedicta.
3. Roſa benedicta.
4. Enſis benedictus.
5. Agnus DEI.
6. Benedictio herbarum.
7. Benedictio campanarum.
8. Benedictio imaginum.
9. Benedictio Salis.
10. Benedictio cereorum Paſchalium.
11. Benedictio puerperarum.
12. Inunctio regalis.
13. Conſecratio templi.
14. Conſecratio cœmiterij.
15. Conſecratio altaris.
16. Conſecratio lapidis ad miſsificandū.
17. Cinerum conſecratio.
18. Ignis conſecratio.

19. Placentarum conſecratio.
20. Benedictio frugum, fabarū, vuarum.
21. Incantatio vini in die Iohan. Euang.
22. Vnctio Sacerdotum.

Et alij ſexcēti abuſus qui hîc recēſeri poſſent.

IX. Fingunt Pontificij res conſecratas habere ſpirituales effectus ad fugandum dæmones, & arcendos morbos, & ſimilia.

X. Docent in conſecratione rerum his blaſphemis verbis vtendū eſſe. Exorciſo te creatura DEI, per DEVM verum, per DEVM viuum, per DEVM ſanctum, vt fias ſal exorciſatus, in ſalutem credentium. Miſſale.

XI. 517. Non tam rituum cauſa, quàm vt ſint pecuniarum aucupia, à Pontificibus Romanis excogitanda ſunt.

1. Inueſtituræ Epiſcoporum.
   Et nota quod
   1. Canonicus inueſtit per librū.
   2. Abbas per baculum.
   3. Epiſcopus per annulum.
   Thomas libr. 4. diſt. q. arti. 4.
   Bernhard. Sermo. de cœ. do.
2. Coronatio regum.
3. Annatæ.
4. Pallia.
5. Annus iubileus.
6. Vniones & incorporationes beneficiorum.
7. Caſus reſeruati.

8. Reſer-

8. Reſeruatio pectoralis.
9. Menſes Pontificij.
10. Indulgentiæ. Sed de his ſuo loco.
11. Gratiæ expectatiuæ, non gratis datæ.
12. Diſpenſationes.
13. Fructus antefiendi.
14. Signaturæ.
15. Declarationes.
16. Surrogationes.

Et aliæ ſexcentæ fraudes Pontificum, quæſtus cauſa excogitatæ.

ANTIDOTA.

Chriſtus inquit: Fruſtra me colunt docentes doctrinas, præcepta hominum. Et rurſus: Omnis plantatio, quam non plantauit Pater meus cœleſtis, eradicabitur. Item: Vos aboleuiſtis mandatum propter veſtram traditionem. Matth. 15. Hæc grauiſsima dicta Chriſti damnant totam illam immenſam molem ceremoniarum Papiſticarum, quam ſine fine & modo cumulârunt, abſq; omni teſtimonio verbi diuini, tantùm vt ſuperſtitioſorum hominum oculos faſcinarent, & à doctrina Prophetarum & Apoſtolorum abducerent. Quòd ceremoniæ ab hominibus inſtitutæ non ſint cultus neceſſarij, docet Paulus: In libertate qua Chriſtus vos liberauit

ſtate:&ne ſubijciamini iugo ſeruitutis.Gal.5.
Item: Precio redemti eſtis, ne fiatis ſerui hominum.1.Corinth.7. Quæ verò cum impietate coniunctæ ſunt ceremoniæ, aut derogant merito Ieſu Chriſti, in ſecundo præcepto damnantur. Non adſumes nomē Domini DEI tui in vanum, fraudes verò, aucupia, & impoſturæ Pontificum Romanorum ex ſeptimo præcepto, Non furtum facies, in quo ſacrilegia & ſimonia prohibentur, examinandæ ſunt.

XXV. LOCVS.

DE VOTIS

Errores Pontificiorum.

I. 518. PОntificij docent vota caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ eſſe cultus DEO placentes. Soto aſſertione Cathol. Docet ſana & Catholica fides, virginitatem & cœlibatum cultum eſſe DEO gratiſsimum, ampliſsimas habentem DEI promiſsiones, eius maximè quæ futuræ eſt vitæ æternæ.

II. Docent quòd opus intra votum factum ſit præſtantius & infinitis præmijs præferendum, quàm ſi extra tale votum ſimpliciter ex diuino mandato fieret.

III. Docent quod ei qui continentiam vouit, licet per inſcitiam vel parentum coactione

ſi-

ſtfactum, nunquam liceat contrahere legitimum matrimonium.

Docent ingreſſum religionis eſſe veluti IIII.
nouum Baptiſmum, quòd etiam liceat toties renouari, quoties ab integro propoſitum religionis renouatur. Thomas lib.4. diſt.4. art.3. In vitis patrum dicitur, quod quidam patrum vidit eandem gratiam deſcendentem ſuper eum, qui habitum religionis adſumit, & ſuper eum qui baptiſatur. Soto in aſſertione Cathol. de votis. Nec reprehẽdendi ſunt qui probabili quadam ratione per ingreſſum religionis ſatisfieri peccatis omnibus ita putant, vt quod ad immunitatem à pœna futuri ſeculi pertinet, æquiualeat Baptiſmo profeſsio: non verò quò ad gratiam & virtutem Baptiſmi, ſed hoc tantùm dicitur quod iura ipſa, & Pontificis omnem pœnitentiam & publicam ſatisfactionem pro quantumuis enormi peccato in votũ quod ſit in religione commutant. Item: in ſcholijs. Nullus hoc votum æquat Baptiſmo, quò ad virtutem & efficaciam Sacramenti: ſed quòd hoc ſit magna ſatisfactio peccatorũ, nullus qui rectè conſiderat, negare poterit, vnde quandoq; & frequentius quidem plena omnium ſatisfactio eſſe poterit.

Docent abdicationem proprietatis omni V.
um rerum propter DEVM eſſe meritoriam, ſanctam

sanctam & viam perfectionis. Andrad. pi[...]
Extrauag.

VI. Docent quòd vota castitatis, pauper[...] & obedientiæ, mereantur vitam æter[...] Soto adsertione Cathol. de votis. Quum [...] tur hoc obedientiæ votum omnem pro[...] am voluntatem, quæ reliqua est homini [...] uinis præceptis, per quã de tota vita actio[...] busq; eius homo disponit, relinquat pro[...] DEVM, non est dubium illud singula[...] esse DEI cultum, & maximi meriti, & sa[...] factionis, & aptissimum medium ad per[...] ctionem consequendam. Item: ibidem. Ni[...] hil ergò merito Christi detrahit, sed conse[...] tit veritati, qui hanc voluntariam paupert[...] tem & votum eius & satisfactionem effe[...] cit peccatorum & meritum vitæ æternæ, [...] consequendæ perfectionis non minimu[...] instrumentum.

VII. Docent opera & merita Monachor[...] alijs vendi posse pro pecunia, & prodesse e[...] ptoribus ad vitam æternam.

VIII. Docent eum, qui in cuculla Monachi Fr[...] ciscani sepelitur, consequi remissionem [...] tiæ partis peccatorum. Hac spe sepulti sun[...] cucullis Monachorum: Mantuæ, Marc[...] Fridericus eius nominis II. Lutetiæ, Alb[...] tus Pius, Carporũ princeps. Patauij, Chri[...] phorus Longolius Belga. Heidelbergæ R[...]

dolph[...]

[Ru]dolphus Agricola, Frisius, & Germanorum [su]a ætate doctissimus. Ludouicus princeps [Fr]isiæ, & alij.

Docent Sacerdotes, qui post votum casti[tatis] contrahunt matrimonium, capite mul[ctan]dos esse. Decretum Anglicum. IX.

Varios & diuersissimos excogitârunt Pon[tific]ij ordines Monachorum, & singuli ordi[nes] peculiares habent vitæ regulas, & obser[uati]one suarum regularum confidunt se [vita]m æternam obtenturos. Recitabo hic [ali]quot ordines. X. 527.

VARII ORDINES MONACHORVM.

Benedictini.
Carthusiani.
Bernhardini.
Prędicatores.
Nudipedes.
Carmelitani.
Augustiniani.
Præmonstratenses.
Germanici Domini.
Rhodij Domini.
Ordo vallis Iosaphat.
Iohannitæ.
Ordo fratrum Iohannis.

14. Antonitæ.
15. Ordo S. Brigittæ.
16. Fratres sponte pauperes.
17. Flagellatorum ordo.
18. Eremitæ.
19. Basiliorum ordo.
20. Sepulchritarum ordo.
21. Ordo gerentium forficem.
22. Ordo gerentium gladios.
23. Stellatorum Monachorum ordo.
24. Stellatorum fratrum ordo.
25. Nouorum fratrum ordo.
26. Crucistellatorum fratrum ordo.
27. Constantinopolitanorum ordo.
28. S. Sophiæ fratres.
29. Grandimontensium ordo.
30. Ordo fratrum Nollardi.
31. Vngaricorum dominorum ordo.
32. Sclauoni.
33. Ordo dominorum de Speculo.
34. Eremitarum Augustinianorum ordo.
35. VVilhelmitarum ordo.
36. VVenceslaitarum ordo.
37. Minores fratres.
38. Cistercienfium ordo.
39. S. Iacobi fratres.
40. Cœlestinorum ordo.
41. Camuldulensium ordo.
42. Ordo de purgatorio.

43. Vn

43. Vmbrosæ vallis ordo.
44. Gerundinorum ordo.
45. S. Helenæ fratres.
46. Iosephi ordo.
47. Gregoriani.
48. Ambrosiani.
49. Templarij.
50. Canonici regulares.
51. Serui Mariæ.
52. Domini clauigeri.
53. Lazaritæ vel fratres Magdalenæ.
54. Crucis fratres.
55. Fratres ex Scotia.
56. Fratres Iacobi cum gladio.
57. Hierosolymitani fratres.
58. Hospitales Domini.
59. Dominicani.
60. Franciscani vel Seraphici.
61. Milites Iesu.
62. Iesuati.
63. Ordo Seruatoris.
64. Iesuitæ.
65. Ordo beatæ Mariæ de mercede.

Nullus hîc recensetur ordo, qui non sexcentis scateat mendacijs & erroribus, quod singulorum ordinum regulæ testari possunt.

ANTIDOTA.

Cùm Pontificij impudentia infinita cultus

tus ad placandam iram DEI, contra manifestum DEI verbum excogitârint, & propria audacia innumeros ordines instituerint, non est nobis pudor: sed potius necessitas imponitur subinde repetendi dictum Christi: Frustra me colunt docentes doctrinas, præcepta hominum. Item: Omnis plantatio quam non plantauit Pater meus cœlestis, eradicabitur. Math. 15. Nihil enim planius, nihil fortius aduersus eiusmodi commenta hominum dici potest: & vno ictu omnes eiusmodi errores iugulantur. Sit igitur in conspectu semper præceptum DEI: In præceptis meis ambulate, non in præceptis patrum vestrorum. Quod ego præcipio tantum facias: nihil addas, nihilq; detrahas. Vtq; nobis à contubernijs Monachorum caueamus, monuit nos Christus, Matth. 24. Tunc si quis dixerit, hîc est Christus, aut hic est, ne credatis: surgent enim multi falsi Christi & falsi Prophetæ. Quod verò fingunt Monachi vota castitatis, paupertatis & obedientiæ, esse satisfactionem pro peccatis, & mereri vitam æternam, error est cum atroci blasphemia in sanguinem Iesu Christi coniunctus. Vniuersa enim Scriptura testatur, non esse in alio salutem, nec aliud nomen hominibus in terra datum esse, in quo oporteat nos saluos fieri, quàm nomen Iesu Christi: Itaq;

Actorū 4.

has

hæc cœlestia oracula blasphemijs Monachorum opponantur, vt: Ecce agnus DEI, qui tollit peccata mundi. Item: Iesus Christus est propiciatio pro peccatis nostris, non pro nostris tantùm, sed pro peccatis totius mundi. Item: Sanguis Iesu Christi mundat nos ab omni peccato. Item: Vnica oblatione consummauit eos, qui sanctificantur. Item: Christus dilexit nos, & tradidit seipsum pro nobis oblationem & victimam DEO, in odorem bonæ fragrantiæ. Item: Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent, accipere remissionem peccatorum, omnes per nomen ipsius, qui credunt in eum. Item: DEVS commendat dilectionem suam erga nos, quod existentibus nobis peccatoribus, Christus pro nobis mortuus est. Item: Gratia & pax vobis à DEO Patre, & Domino nostro Iesu Christo, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris. Gal. 1. Hæc & similia infinita testimonia de vno Mediatore Domino nostro Iesu Christo, qui nobis meruit remissionem peccatorum, probant efficacissimè nullum votum, nullum cultum, nullã crucem, nec vllum opus humanum mereri remissionem peccatorum. Commentum de perfectione vitæ pugnat cum dicto Christi: Cũ omnia feceritis, dicite, serui inutiles sumus, quod debuimus,

Ioh. 1. *1. Ioh. 2.* *1. Iohan. 1.* *Heb. 10.* *Eph. 5.* *Act. 10.* *Rom. 5.* *Luc. 17.*

mus, fecimus. Vota caſtitatis, cùm donum non habemus, prohibet dictum: Non tenta-
1. Cor. 7. bis Dominum DEVM tuum. Item: Ad vitandam ſcortationem, quiſque ſuam habeat
Matth. 19. coniugem. Item: Non omnes capiunt ver-
1. Cor. 7. bum hoc. Item: Melius nubere eſt, quàm vri. Item: Volo iuniores nubere, liberos gignere, domum adminiſtrare. fraus vendendi merita Monachorum, hoc eſt, fumos, taxatur in ſeptimo præcepto: Non furtum facies.

XXVI. LOCVS.

DE FESTIS

Errores Pontificiorum.

I. POntificij docent, dierum Feſtorum obſer-
528. uationem, quamuis extra ſcãdali caſum ſine peccato non poſſe omitti.

II. Quòd liceat Epiſcopis in honorem Sanctorum inſtituere Feſta, & ad inuocandos & honorandos Sanctos, memoriam eorum celebrare. Linda. lib. 3. cap. 27. Hunc denique in modum, per meridiem & orientem, vnde nata eſt religio teſtibus D. Baſilio Nazianzeno, & Theodoreto, Sanctorum Feſta celebantur non ad commemorationem tantùm, aut ad imitationis exemplum duntaxat,

xat, ſed ad inuocationem etiam.

Audiendis Miſsis & curſu ad templa Sanctis dicata, rectiſsimè celebrari feſtos dies. Catechiſmus Romanus, pag. 649. Neque verò Parochus illud prætermittere debet, vt diligenter doceat, quibus in operibus & actionibus Christiani homines diebus Feſtis exercere ſe debeant. Illæ verò eiuſmodi ſunt, vt ad DEI templum accedamus, eoq́; loco, ſyncera, piaq́; animi affectione ſacroſanctę Miſſæ ſacrificio interſimus. III.

Conceptionem Mariæ virginis, quę abſq; peccato facta ſit, certo die feſto oportere celebrari. IIII.

Euchariſtiam certo die feſto, & proceſsionibus atque alijs pompis oportere venerari & celebrari. Triden. Concil. Seſs. 3. can. 6. Si quis dixerit, in ſancto Euchariſtiæ Sacramento Chriſtum vnigenitum DEI Filium non eſſe cultu latriæ etiam externo adorandum, atq; ideò nec feſtiua & peculiari celebritate venerandum, neque in proceſsionibus ſecundum laudabilem & vniuerſalem Eccleſiæ ſanctæ ritum & conſuetudinem ſolenniter circumgeſtandum, vel non publicè, vt adoretur, populo proponendum, & eius adoratores eſſe idolatras, anathema ſit. V.

Feſta, quæ Pontificij obſeruari iubent, VI.

 non

non minus strictè, quàm ea festa, quæ toti Ecclesiæ Christi vsitata, sunt:

1. Innocentum puerorum.
2. Georgij.
3. Corporis Christi.
4. Adsumptionis Mariæ virginis.
5. Natiuitatis Mariæ virginis.
6. Natalitia Apostolorum.
7. Magdalenæ.
8. Laurentij.
9. Dedicationis.
10. Omnium Sanctorum.
11. Martini.
12. Nicolai.
13. Catharinæ.
14. Annæ.

Per Diœcesin Salisburgensem adduntur Festiuitates 15. Sancti Ruberti.

Ad hæc festa patronorum.

In ciuitate Treuirorum adduntur Festa patronorum.

15. Maximini.
16. Simeonis.
17. Helenæ.
18. Paulini.
19. Translationis materni & Eucharij.

Vide reformationem Ratisbonensem Anno 1524.

Item: Prouinciale concilium Treuerense 1549. Dies item rogationũ ante Ascensionem Domini Litaniæ in die Marci. vide interreligionem Cæs.Maiesta. Anno Domini 1548.

Pontificij docent, festos dies patronis certis, quibus templa dicata sunt, instituendos & celebrandos esse, & hoc officio DEVM honorari. Interim, omnium Sanctorum, qui ibidem singulares patroni habentur, vt in eisdem Sanctorum Festis DEVM in Sanctis honoremus, nosque ad imitationem ipsorum excitemur, & desideremus orationibus ipsorum adiuuari, & meritis adsociari.

ANTIDOTA.

Paulus inquit: Nemo vos iudicet in cibo, vel potu, vel vicibus dierum Festorum, aut nouilunij, aut Sabbathorum, quæ sunt vmbra futuri, corpus autem seu res ipsa Christus. Coloss. 2. Item: Si igitur mortui estis cum Christo ab elementis mundi, quid adhuc decretis tenemini, ibidem. Item: In libertate, in quam vos Christus vindicauit, state: ne subijciamini iugo seruitutis. Gal. 5. Item: Precio redempti estis, ne fiatis serui hominum, 1. Corinth. 7. Huic li-

bertati Christianæ cùm aduersentur Pontificia mandata, quæ obligant conscientias ad necessariam obseruationem Festorum Papisticorum, manifestos continent errores. Petrus grauiter obiurgat eos, qui conabantur legis Mosaicæ iugum imponere ceruicibus discipulorum. Quid tentatis, inquit, DEVM imponendo iugum ceruicibus discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus? Actor. 15. Sed multitudo Festorum, & Sacrorum Pontificiorum multò est intolerabilius iugum: Itaque tentant DEVM, qui tot festa iniungunt Christianis, & quidem cum obligatione conscientiæ. Audiendis Missis, & cursu ad varia Sanctorum templa. Item: inuocatione Sanctorum celebrari rectè Festa, refutatur 20. & 30. præceptis, quæ flagitant à pijs inuocationem, gratiarum actionem, confessionem nominis Diuini, prædicationem verbi, conseruationem ministerij, & refutationem errorum, quibus plenum est blasphemum Missæ sacrificium. Idolatricum festum corporis Christi pugnat cum primo præcepto: Non habebis DEOS alienos coram me. Item: Cum institutione Cœnæ Domini. Christus enim iussit, vt Corpus edamus, & Sanguinem eius bibamus, non vult circumgestari, & Festo celebrari.

Reli-

Reliqua etiam feſta Sanctis & patronis dicata, vt certis officijs colantur & inuocentur, plena ſunt idolomania, contra primum præceptum: Non habebis DEOS alienos coram me.

XXVII. LOCVS.

DE LVSTRALI AQVA

Errores Pontificiorum.

POntificij docent rationem benedicendi aquam luſtralem & perſuaſionem virtutis illius ab Apoſtolis eſſe acceptam. Andra. lib.3.pag.326. I. 532.

Docent aquæ luſtrali diuinam ineſſe potentiam, ſanitatis effectricem, ægritudinum expultricem, dęmonum fugatricem. Andra. pag.326. II.

Docent aquam luſtralem plurimum momenti habere ad delenda venialia delicta. Andrad. ibidem. III.

Docent aqua luſtrali miracula eſſe edita, & ignem vehementiſsimè accenſum. Andra. 327.pag.324. IIII.

Aquam luſtralem ſuper pecora, pabula, manſiones, agnos, puteos, cibum, potum: Item: Super ſepulchro pro animab. ibidem quieſcentibus conſpergendam eſſe, vt quæ vim & virtutem ſingularem habeat. An. 325. V. 536.

ANTIDOTA.

Fundamentum fidei nostræ est, quod tantùm sanguine Domini nostri Iesu Christi abluantur peccata nostra, testante Paulo: Per redemptionem in Christo Iesu, quem proposuit DEVS propiciatorium in sanguine ipsius per fidem, Roma. 3. Item: Sanguis Iesu Christi Filij DEI mundat nos ab omni peccato. 1. Iohan. 2. Item: In quo habemus redemptionem per sanguinē ipsius, remissionem peccatorum. Eph. 1. Contumeliosum est igitur in sanguinem Filij DEI, adfirmare, quod lustrali aqua purgentur hominum peccata, vel venialia, vel alia. Non est enim in alio salus, neq; aliud nomen datum est hominibus in terra, in quo oporteat nos saluos fieri, nisi nomen Iesu Christi. Contra DEI verbum adfingitur vis lustrali aquæ fugandi dæmones, pellendi morbos, & restituendi sanitatem. Est quidem aqua bona DEI creatura, & non reijcienda: sed cum gratiarum actione vsurpanda, vt Paulus docet. Sed scriptura nusquam dicit consecrandam esse aquam, conceptis verbis, vt habeat vim pellendi immundos spiritus, & restituendi sanitatem mentis & corporis, longè alia arma suppeditat nobis Sacra scriptura aduersus insultus Sathanæ, videlicet fidem, precationem, promissionem

nem Euangelij, iusticiam Spiritus, & virtutem Filij DEI sedentis ad dexteram æterni patris. Arma nostra, inquit Paulus, non sunt 2. Cor. 10.
carnalia, sed spiritualia. Ac manifesta magiæ species est, cum præter & sine expresso DEI mandato consecrantur creaturæ in vsum diuersum ab eo, ad quem conditæ sunt, & illis Spiritualis virtus, propter verborum quorundam recitationem adscribitur. Non adsumes, inquit diuina Maiestas, nomen Domini DEI tui in vanum. Item: Deut. 18. Non sit maleficus, nec incantator inter vos. Mendacia quæ fingũtur de miraculis factis per lustralẽ aquã, retundenda sunt præcepto: Non dices falsum testimonium, si contendunt vera esse, quæ narrant Pontificij, nota est admonitio Christi: Pseudoprophetæ ædent miracula & prodigia, vt in errorem inducantur etiam electi, si fieri posset, Matth. 24.

XXVIII. LOCVS.

DE CVLTV ET INVOCATIONE SANCTORVM

Errores Pontificiorum.

POntificij docent, Angelos beatos vt patronos & defensores esse adorandos. Catech. Rom. pa. 593. Vide Eccium in Enchiridio de veneratione Sanctorum. I. 537.

II. Docent Mariam, Apostolos, martyres, & alios sanctos homines mortuos, inuocãdos esse vt patronos, mediatores & intercessores apud DEVM. Catech. Roma. 409. Item: 591. Item: Eccius in Enchirid.

III. Docent Mariam virginem ὑπερδουλεία, reliquos sanctos δουλεία, sed DEVM λατρεία colendum esse. Eccius in Enchiridio de veneratione Sanctorum.

IIII. Docent sanctos homines mortuos gemitus & vota nostra respicere atq; exaudire. Sotus in adsertione Catholica, de inuocatione Sanctorum: neq; scrutatores cordis cogitamus ipsos, sed tantùm amicos DEI, familiares DEO, & ipsi præsentes, cui vni fidimus, quod eis vt pro nobis orent, inspiret & ostendat etiam pia nostra desideria, & supplices subditosq; ipsis propter DEVM animos manifestet.

V. Docent sanctorum hominum meritis esse confidendum ad impetrandam apud DEVM delictorum veniam, & adipiscendam vitam æternam. Petrus Lombard. lib. 4. dist. 46. Intercedunt ergo ad DEVM pro nobis sancti, & merito, dum illorum merita suffragantur nobis, & adfectu, dum vota nostra cupiunt impleri, quod tamen non faciunt, nisi in voluntate DEI implenda didicerint. Oramus ergo vt intercedant pro nobis, id est, vt

vt merita eorum nobis suffragentur. Vide Sotum in scholijs, de inuoca. Sanctorum. Item: Gabriel Biel. lib. 3. dist. 19.

Docent sanctos homines esse nostros patronos & intercessores apud DEVM. Trid. concil. Sess. 6. cap. 3. vnde nec sacerdos dicere solet: Offero tibi sacrificium Petre vel Paule: sed DEO de illorum victorijs gratias agens, eorum patrocinia implorat, vt ipsi pro nobis intercedere dignentur in cœlis, quorum memoriam facimus in terris. VI.

Docent in honorem & memoriam Sanctorum missas celebrandas esse, & quidem certas missas certis Sanctis. Trid. conci. Sess. 6. cap. 3. Et quamuis in honorem & memoriam Sanctorum nonnullas interdum missas Ecclesia celebrare consueuerit: non tamen illis sacrificium offerri docet, sed DEO soli, qui illos coronauit. VII.

Docent ad Sanctorum orationes, opem, auxiliumque in necessitate confugiendum esse. Trid. concil. Sess. 9. Docent eos sanctos vnà cum Christo regnantes, orationes suas hominibus DEO offerre, bonum atq; vtile esse, suppliciter eos inuocare, & ob beneficia impetranda à DEO, per Filium eius Iesum Christum Dominum nostrum, qui solus noster Redemptor & Saluator est, ad eorum orationes, opem, auxiliumq; confugere. VIII.

Ponti-

IX. Pontificij fingunt certos ſanctos, certam & ſingularem poteſtatem habere, vel tribuendi bona, vel depellendi mala: ideoq; in certis periculis & neceſſitatibus certorum ſanctorum auxilia imploranda eſſe. Palàm hoc Ethnicum dogma adſerit Linda. lib. 3. ca. 12. Operas autem Sanctorum & auxilia ſic diſtribuunt.

Quòd
1. S. Leonhardus liberet captiuos.
2. S. Sebaſtianus & Rochus depellāt peſtilentiā vt Apollo.
3. S. Georgius iuuet in bello, vt Mars & Bellona.
4. S. Eraſmus & Anna ditent homines, vt Iuno.
5. S. Nicolaus & Chriſtophorus iuuet in mari, vt Neptunus.
6. S. Apollonia mitiget dentium dolorem.
7. S. Otilia ſanet oculos læſos.
8. S. Margaretha iuuet parturientes, vt Lucina.
9. S. Laurentius nos cuſtodiat, ne ab igne lædamur.
10. S. Catharina largiatur ingeniū & doctrinā, vt Minerua.
11. S. Valentinus conferat ſanitatem, vt Caſtor. Lind.

12. S. Iohan-

Quòd
12. S. Iohannes reprimat vim veneni.
13. S. Anthonius ſacrum ignem extinguat.
14. S. Quirinus fiſtularum curationem tribuat.
15. S. Barbara periculorum euitationem tribuat. Linda.
16. S. Protaſius & Geruaſius fures prodant. Linda.

Docent quatuordecim eſſe Sanctos auxi- X.
liatores, quorum intercedentibus meritis ab omnibus aduerſitatibus liberemur, hos autem nominant: Georgium, Blaſium, Eraſmum, Panthaleonem, Vitum, Chriſtophorum, Dionyſium, Cyriacum, Achacium, Euſtachium, Ægidium, Margaretham, Barbaram, & Catharinam. Vide Miſſam de 14. auxiliatoribus.

Pontificij quoq; certos Sanctos in locis cer- XI.
tis præ alijs colunt, vt:

1. S. Petrus Romæ adoratur.
2. S. Rochus Venetijs.
3. S. Ambroſius Mediolani.
4. S. Franciſcus in Aſiſio.
5. Tres Reges & ſancta Vrſula cum 11000 pediſſequis Coloniæ.
6. S. Vladislaus in Vngaria.
7. S. Ludouicus in Gallia.

8. S. Ge-

8. S. Genoueua Parisijs.
9. S. Thomas in Anglia.
10. S. Stephanus Viennæ in Austria.
11. S. Vldaricus Augustæ.
12. S. Bonifacius in Germania.

Hîc plusquam sexcenti abusus pleni idolatria recenseri possent. Nam vt Ieremi.2.inquit: Iuxta numerum vrbium tuarum fuerunt Dij tui: Imò Pontificij longè superârunt Iudæos. Nam sæpè in vno templo 20. aut 30. fuerunt altaria, & singula altaria singulis patronis & auxiliatoribus dicata. Item: Singulæ tribus in vrbibus, singulæ fraternitates, singulæ familiæ, certos habebant patronos, & tutelares lares: tandem singulis personis confesſionarij certos dabant Apostolos, qui essent inuocandi.

XII. Docent Mariam Virginem contriuiſſe caput serpentis. Catech. Rom.

XIII. Offerunt etiam Sanctis sacrificia, vt 1. An-
549. tonio Porcos. 2. Vito Gallinas.

ANTIDOTA.

Exodi 20. Non habebis DEOS alienos coram me. Item: Dominum DEVM tuum adorabis, & illi soli seruies. Matth. 4. Item: Cùm se crederét esse sapientes stulti facti sunt: mutaueruntq; gloriam incorruptibilis DEI, per simili-

ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volatilium & quadrupedum & reptilium. Quapropter tradidit illos DEVS per cupiditates cordium ſuorum in immundiciam, vt ignominia adficiant corpora ſua inter ſe mutuo, qui commutârunt eius veritatem mendacio, & venerati ſunt & coluerunt ea quę condita ſunt, ſupra eum qui condidit qui eſt laudandus in ſecula, Amen. Roma. 1. Item: Sacerdos autem Iouis, qui erat ante ciuitatem illorum, tauros & coronas ad veſtibula adferens cum turbis volebat ſacrificare: Quod vbi audierunt Apoſtoli, Barnabas & Paulus, conſciſsis veſtibus ſuis ſe intulerunt in turbam, clamantes ac dicentes, Viri cur iſta facitis? Nos quoq; eiſdem quibus vos obnoxij ſumus malis homines, per Euangelium docentes vos, vt ab iſtis vanis conuertamini ad DEVM viuum, qui creauit cœlum & terram, & mare & omnia quæ in eis ſunt. Actorum 14. Et poſtquam audiſſem & vidiſſem, cecidi vt adorarem ante pedes Angeli, qui mihi hæc oſtendebat. Et dicit mihi: Vide ne feceris, conſeruus enim tuus ſum, & fratrum tuorum Prophetarum: DEVM adora. *Apoc. 22.* Item: Vnus eſt mediator DEI & hominum homo Ieſus Chriſtus. 1. Timoth. 2. Hæc perſpicua mandata & teſtimonia docent, ſolum omnipotentem DEVM inuocandum

& ado-

& adorandum. Nec Sanctorum meritis nos fidere posse, docet Baptista Iohannes: Ex plenitudine eius accepimus omnes, gratiam pro gratia. Iohan. 1.

XXIX. LOCVS.

DE RELIQVIIS SANCTORVM.

Errores Pontificiorum.

I. POntificij docent Sanctorum hominum
560. mortuorũ reliquias venerandas atq; honorandas esse. Conci. Trid. Sess. 9. Sanctorũ quoq; martyrum & aliorum cum Christo viuentium sancta corpora, quæ viua membra fuerunt Christi, & templum Spiritus sancti, ab ipso ad æternam vitam suscitanda & glorificanda à fidelibus veneranda esse: per quæ multa beneficia à DEO hominibus præstantur: ita vt adfirmantes Sanctorum reliquijs venerationem atq; honorem non deberi, vel eas, aliaq́; sacra monumenta à fidelibus inutiliter honorari, atq; eorum opis impetrandæ causa Sanctorum memorias frustra frequentari, omnino damnandos esse.

II. Docent multa beneficia præstari hominibus à DEO per Sanctorum reliquias, decreto iam citato.

III. Docẽt peregrinationes susceptas ad memo-
562. rias sanctorũ opis impetrandę causa esse cultus DEO placentes. Triden. Concil. Sess. 9.

ANTI-

ANTIDOTA.

Veneratio reliquiarum ad regulam Christi pertinet, Omnis plantatio quam nō plantauit Pater meus cœlestis, eradicabitur. Matt. 15. Atque etiam pugnat cum expresso DEI mandato: Dominum DEVM tuum adorabis, & illi soli seruies. Matth. 4. Abstulit DEVS corpus Moysis è conspectu hominum, Deut. 24. haud dubiè hoc consilio, ne Israelitæ corpori Moysis diuinos præberent honores. Si DEVS ferre noluit, vt Israelitæ tanti Prophetæ reliquias venerarentur, certum est displicere illi, cùm homines aliorum Sanctorum reliquias venerātur. Quod verò etiam beneficia, quæ hominibus à DEO præstantur, reliquijs adscribuntur, manifesta est idolomania pugnans cum I. præcepto. 1. Cor. 8. Nobis vnus est DEVS, qui est Pater, ex quo omnia, & nos in illū. Et vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per illum. Psal. 107. docet omnia beneficia à solo DEO nobis præstari, & ex omnibus periculis & difficultatibus per Dominū nostrum Iesum Christum eripi. Cōtumeliosum est igitur in Filium DEI, reliquijs Sanctorū liberationes, vel beneficia adscribere. Peregrinationes ad reliquias Sanctorum, cultus gratia, reijcit Paulus, cū ἐθελοθρησκίας damnat. Colos. 2.

XXX. LOCVS.

DE IMAGINIBVS

Errores Pontificiorum.

I. 563. DOcent imagines Christi, Mariæ virginis, & aliorum Sanctorum in templis, præsertim habendas, venerandas, & honore adficiendas esse, auro, argento, serico ornandas, osculandas, caput coram ijs aperiendũ, & procumbendum esse: quodq; honos, qui defertur statuis, ad prototypa referatur. Trid. Conc. Sess. 9.

Imagines porrò Christi, Deiparæ virginis & aliorum Sanctorum in templis, præsertim habendas & retinẽdas, eisq; debitum honorem & venerationem impertiendam, nonq; credatur aliqua inesse in ijs diuinitas vel virtus, propter quam sint colendæ, vel quòd ab eis aliquid sit petendum, vel quòd fiducia in imaginibus sit figenda, veluti olim fiebat à gentibus, quæ in idolis spem suam collocabant, sed quoniam honos, qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quæ illa repræsentant, ita vt per imagines, quas osculamur, & coram quibus caput aperimus, & procumbimus, Christum adoremus, & sanctos, quorũ illæ similitudinem gerunt, veneremur.

ANTIDOTA.

Expressum est DEI mandatum, Exod. 20. Ne feceris tibi statuam, nec vllum simulacrũ eius, quod est in cœlis supernè, nec quod est in terra subtus, nec quod in aquis est sub terra, non adorabis ea, neque coles ea, quia ego Dominus DEVS tuus. Item: Deut. 4. Cauete ergò accuratè, quàm chara vobis est anima vestra (quandoquidem nullũ omninò simulacrum eodem die, quo locutus est vobiscũ Dominus in Horeb, in medio ignis vidistis) ne fortè peruersè quid agatis, faciendo scilicet vobis sculptile, simulacrum cuiuscunq; figuræ, formam maris aut fœminæ, formam cuiuscunq; animantis, quæ est in terra, formam cuiuscunq; volucris pennatæ, quæ volat in cœlo, formam cuiuscunq; reptatis super terram, formam cuiuscunq; piscis, qui est in aquis sub terra. Item: Psal. 115. Simulacra ipsorum sunt argentum & aurũ, opera manuũ hominum, os habent, sed non loquuntur, similes illorum sunt, qui faciunt ea, & omnes, qui confidunt in eis. Hæc clarissima præcepta grauiter damnant omnem cultum, qui imaginibus, vel Christi, vel aliorum Sanctorum exhibetur.

XXXI. LOCVS.

DE IEIVNIO ET DELECTV CIBORVM

Errores Pontificiorum.

I. 564. POntificij docent ieiuniũ quadragesimale ab Apostolis Ecclesiæ traditũ esse. Petrus de Soto adsertione Cathol. de ieiunio, inter quæ ieiunium quadragesimæ constat omnium patrum consensu ab Apostolis traditum Ecclesiæ,& deriuatum à Christo, cuius quadragesimale ieiunium non dubitant adserere nobis imitandum.

II. Docent ieiunium esse opus,quo satisfacimus pro peccatis,eaq; expilemus,iram DEI mitigemus,& DEO gratiores reddamur. Petrus de Soto adsertione Cathol. Finem verò ieiuniorum Ecclesiæ, certum est ex doctrina patrum non tantùm fuisse, vt admonerentur fideles imminentiũ periculorum, sed vt peccata expiarentur, mitigareturq; ira DEI, & DEO gratiores efficeremur. Et paulò post: Negare ieiunium opus esse, quo æternã vitam meremur, & satisfacimus pro peccatis, error est apertissimus.

III. Docent per ieiunium meritum Christi nobis adplicari. Petrus de Soto adsertione Cathol. de ieiunio. Non itaque quòd ieiunium

um meritum Christi nobis adplicet, falsitatis argui potest. Et paulò post: Qui ergò ieiunij laudibus detrahit efficaciam atque meritum, illoq; nos Christo configurari, atq; ita magis magisq; eius meriti participes fieri negat, contrarius est Catholicæ atque Apostolicæ doctrinæ.

IIII. Docent peccatores ieiunantes etiam sine vera pœnitentia non parũ promouere ieiunijs, & se ad pia opera disponere, & hoc ieiunium DEO non omninò ingratũ esse. Petrus de Soto in scholijs. Peccatores ieiunátes, aut alia ex suo genere bona opera facientes, etiam sine vera pœnitentia, modò non peruersa intentione, non parum promouent eo ieiunio: Implent enim præceptum, atque ad pia opera promptiores fiunt, & nonnihil se disponunt. Itaq; fatemur ieiunium sine pœnitentia eius, scilicet qui est in peccato, non esse dignum remuneratione vitæ æternæ, nõ tamẽ est peccatũ, nec omninò ingratũ DEO, modò non adsit peruersa intentio.

V. 568. Docent feria sexta, & die Sabbathi abstinendum esse ab esu carniũ, & hanc abstinentiam esse rem necessariam, & cultum DEO gratum. Inter religio.

ANTIDOTA.

Paulus recenset prohibitioné ciborũ, quos

Deus creauit ad ſumendum cum gratiarum actione fidelibus, & ijs, qui cognouerũt veritatem, quod quicquid creauit DEVS, bonũ ſit, & nihil reijciendum, ſi cum gratiarum actione ſumatur, inter doctrinas Dæmoniorum. 1. Timoth. 4. Item: Coloſs. 2. Ne quis vos iudicet in cibo & potu, aut vicibus feſtorum. Item: Rom. 14. Noui & certò ſtatuo, quòd nihil commune ſit per ſe, niſi ei, qui exiſtimat aliquid eſſe commune. Regnum DEI nõ eſt cibus & potus, ſed iuſticia, pax, & gaudium in Spiritu ſancto. Pſal. 24. Domini eſt terra & plenitudo eius, hinc fortiter concludit Paulus, omnia mundis eſſe munda. Et Chriſtus inquit: Matth. 15. Quod in os ingreditur, non coinquinat hominem, ſed quod ex ore egreditur, hoc coinquinat hominem. Hinc manifeſtè patet diſcrimen ciborum, & ieiunia Papiſtica contra DEI verbum inuecta eſſe. Applicationem meritorum Chriſti non fieri ieiunio, aut vllo alio opere, ſed ſola fide, docet Propheta Abacuc: Iuſtus fide ſua viuet.

XXXII. LOCVS.

DE INDVLGENTIIS

Errores Pontificiorum.

I. 569. POntificij docent, poteſtatem conferendi indul-

ndulgentias à Chriſto Eccleſiæ conceſſam
ſſe, & indulgentiarum vſum populo Chri-
iano maximè ſalutarem eſſe. Trid. Concil.
Seſs. vltima. Cùm poteſtas conferendi indul
entias à Chriſto Eccleſiæ conceſſa ſit, atq;
uiuſmodi poteſtate, diuinitùs ſit tradita, an
iquiſsimis etiam temporibus illa vſa fuerit,
acroſancta Synodus, indulgentiarum vſum
Chriſtiano populo maximè ſalutarem, & ſa-
orum conciliorum auctoritate probatum
n Eccleſia retinendum eſſe, docet & prçcipit:
eosq́; anathemate damnat qui aut inutiles
eſſe adſerunt, vel eas concedendi in Eccleſia
poteſtatem eſſe negant.

Docent quòd indulgentiæ ſint pœnarum II.
ob peccata contrita & confeſſa impoſitarum
relaxatio. Propoſit. Tetz. 11.

Docét per Papę indulgentiá hominé poſſe III.
ab omni pœna ſolui & ſaluari. Tetz. pro. 46.

Docent hominem contritum & confeſ- IIII.
ſum papalibus indulgentijs, ſecundum om-
nem formam ritè acquiſitis recõciliari DEO.
Tetz. propoſ. 64.

Docent animas eorum, pro quibus datur V.
pecunia & emuntur veniarum literæ, tam ci-
tò euolare è purgatorio in cœlum, quàm de-
narius tinniat in fundo ciſtæ. Tetzelius.

Relaxatum per venias plenarias iuxta for VI.
mam reſcripti, videlicet verè contritũ & con-

fessum: esse securum de sua salute. Tetze. pro pos. 62.

VII. Quòd indulgentiæ valeant pro defunctis per modum suffragij. Siluester Prierias.

VIII. Docent quòd per indulgentias non tantùm relaxentur pœnæ temporales in hac vita, sed etiam in purgatorio. Bulla Leonis X. Romana Ecclesia tradit Romanum Pontificem culpam scilicet & pœnam pro actualibus peccatis debitam, culpam quidem mediante Sacramento pœnitentiæ, pœnam verò temporalem pro actualibus peccatis secundum diuinam iusticiam debitam, mediante Ecclesiastica indulgentia, posse pro rationabilibus causis concedere eisdem Christi fidelibus, qui charitate iungẽte membra sunt Christi, siue in hac vita sint, siue in purgatorio. Indulgentias ex superabundantia meritorum Christi & sanctorum, ac tam pro viuis quàm pro defunctis apostolica authoritate indulgentiam concedendo thesaurũ meritorum Iesu Christi & sanctorum dispensare, per modum absolutionis indulgentiam ipsam conferre, vel per modum suffragij illam transferre consueuisse. Ac propterea omnes tam viuos quàm defunctos, qui veraciter omnes indulgentias huiusmodi consecuti fuerunt, à tanta temporali pœna secundum diuinam iusticiam pro peccatis suis actualibus debi-

tam

tam liberari, quanta acquisitæ & concessæ indulgentiæ æquiualet.

Docent quòd meritum Christi, beatæ virginis, & omnium sanctorum, sit thesaurus indulgentiarum. Extrauag. lib. 5. tit. 9. Cle. 6. IX.

Pontifices Romani anno Iubileo, quem primùm Bonifa. VIII. centesimo, Clemens VI. quinquagesimo, Sixt⁹ IIII. vicesimoquinto costituit, visitantibus Petri & Pauli Apostolorum Basilicas & Lateranensem Ecclesiam promittunt plenissimam omnium peccatorum remissionem. Extrau. lib. 5. tit. 9. X. 579.

ANTIDOTA.

Impudens figmentum Pontificiorum de indulgentijs labefactat præcipua capita doctrinæ cœlestis, videlicet de officio & merito Iesu Christi, de vera pœnitentia, de sola fide iustificante, & de potestate clauiũ. Christus sanguine suo expiauit peccata mundi. Hic est sanguis, inquit, noui Testamenti, qui effunditur pro vobis in remissionem peccatorum. Item: Filius hominis venit in hunc mundum, non vt sibi ministretur, sed vt ministraret & daret animam suam λύτρον pro multis. Matth. 20. Item: Iesus Christus est propiciatio pro nostris peccatis, non pro nostris tantùm, sed pro totius mundi peccatis. Item 1. Iohan. 2. Ephe. 1. In quo habemus redemptionem per

ſanguinem ipſius, remiſsionē peccatorum. Cùm ergo tam caro precio redempti & Patri reconciliati ſimus, quæ eſt illa Romani Pontificis impudentia, & contumelia in Filium DEI, quod impoſtor ille promittit pro numerata pecunia peccatorū remiſsionem, & meritarum pœnarum indulgentiam. Ieſaias inquit: Poſuit DEVS in ipſum peccata omnium noſtrûm. Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & liuore eius ſanati ſumus. Et Iohannes inquit: Ecce agnus DEI, qui tollit peccata mundi. Cum ergò Chriſtus ſatisfecit Patri pro totius mundi peccatis, blaſphemum eſt mendacium quod fingunt Pontificij, oportere fideles pro ſuis peccatis ſatisfacere, ſublato errore de ſatisfactione Pontificia, ſponte euaneſcit figmentum de indulgentijs. Obſcurant etiam Pontificij neceſſariam doctrinam de pœnitentia commento indulgentiarum. Cum enim docent homines pro ſuis peccatis, vel in hac, vel in futura vita ſatisfacere, aut etiam impoſitas ſatisfactiones pecunia redimere poſſe, extenuant peccati magnitudinem, parui faciunt iudicium DEI aduerſus peccatū, inſtillant animis hominum ſecuritatem, atq; ita veræ contritionis fundamenta euertunt. Sepeliunt quoque doctrinam de fide, ſeu fiducia in Mediatorem Ieſum Chriſtum: ſi enim remiſsio pœ-

narum

narum pecunia emi potest, non est necesse credere in Filium DEI Iesum Christum. At tota scriptura clamitat: Qui non credit in Fi- *Iohan. 3.*
lium, vitam non videbit, sed ira DEI manet super eum. Quod fingunt indulgentias per modum suffragij valere pro mortuis, pugnat cum dicto Christi: Qui non credit in Filium *Iohan. 3.*
iam iudicatus est. Item: Omnes enim nos ma- *2. Corin. 5.*
nifestari oportet coram tribunali Christi, vt reportet vnusquisq; ea quæ gessit in corpore siue bonum siue malum. Item: Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Infelices ergò, & quibus nullæ indulgentiæ prosunt, qui in Domino non moriuntur, Sanctorum meritis confidere, blasphemum & contumeliosum est in Filium DEI.

DE PRIMATV ROMANI PONTIFICIS.

Pontificem Romanum esse visibile caput I.
Ecclesiæ militantis. Concilium Floren- 588.
tinum: definimus pontificẽ Romanum successorem Petri, verum Christi vicarium, totiusq; Ecclesiæ caput esse.

Papam Rom. esse episcopum totius orbis. II.
Glossa.

Ecclesiam DEI aliter in terris consistere non III.
posse nisi vnus aliquis in ea summa cum potestate versetur. Hosius de Lo. & auth. Rõ. Põ.

IIII. Quòd Papa ſit ſupra omnia concilia:& quòd ea omnia ab authoritate Papæ pende-ant.Florentinum concilium.

V. Romanæ Eccleſiæ primatum nõ ab aliqua Synodo, ſed à Chriſto eſſe inſtitutum.dist. 21.cap.quamuis.

VI. Papam à nemine eſſe iudicandum vel re-darguendum,etiamſi innumerabiles popu-los cateruatim ſeçum ducat in æternum exi-tium. diſt. 40.ca.ſi Papa.

VII. Papam habere cœleſte arbitrium.In decre-talibus,Titulo de translatione Epi.ca. quan-to,in gloſſa.

VIII. Quòd Papa habeat voluntatem pro ratio-ne in his quæ vult.In decre.de tranſ.Epi.gl.

IX. Quòd Papa habeat omnia iura in ſcrinio pectoris ſui, etiamſi ſit idiota, & immen-ſit ſui ipſius: vt Cœleſtinus lib. 6.decret.tit.

X. Quòd omnia beneficia mũdi Papæ ſint o-dientialia & manualia.Bald.

XI. Quòd Papæ poteſtas ſit ſuprema, in qua non habeat parem.Bald.

XII. Quòd ſicut aurum excellit plumbum: ſic dignitas Papæ excedit imperialem .& ſicut ſol dicitur pater omnium planetarum & do-minus: ita Papa eſt pater omnium digni-tum. Et ſicut Luna recipit lumen à Sole: ita imperialis dignitas à Papa. Innocentius ad Conſtantinopol.Imperator ſcribens: Quòd

Papa

Papalis dignitas quadragesies septies maior sit regali dignitate. Innoc. III. in Decretalibus. cap. solite. Glossa. Cùm terra sit septies maior Luna, Sol autem octies est maior Luna, restat ergo vt Papalis dignitas quadragesies septies sit maior regali dignitate.

Quòd Papæ potestas sit absoluta, & eam habeat sicuti vult. Francis cus de Ripa. XIII.

Quòd Papæ potestas sit supra ius: & extra ius omnia posit. Philippus Decius. XIIII.

Quòd Papa idem habeat consistoriũ cum Deo, & idem tribunal cum Christo. XV.

Quòd Papa posit dispensare contra 4. prima concilia. XVI.

Quòd posit dispensare contra verba Euangelij, licet non contra mentem. Sigismundus Neapolitanus, Carolus Ruinus. XVII.

Quòd sit vniuersalis pater omnium fidelium, & omnium ouium Christi, per hæc verba: Pasce oues meas. Iohan. de Turrecre. XVIII.

Quòd salus Ecclesiæ pendeat à dignitate Papæ, qui sit Oecumenicus Patriarcha Ecclesiæ. Hosius de Lo. & auth. Rom. Pontifi. XIX.

Quòd Papa posit mutare formam Sacramentorum. Archidiaconus. XX.

Quòd Pontifex Roma. in fide errare non posit. Iohan. de Turrecre. lib. 2. cap. 110. XXI.

Quòd Pontifex Roman. sit verus vicarius Christi, & successor Petri. Florentin. concil. XXII.

Quòd

XXIII. Quòd Papa propter succeſsionem ordinariam,& gradum dignitatis habeat domũ & authoritatẽ interpretandi Sacrã ſcripturam.

XXIIII. Quòd Papæ liceat nouos condere articulos fidei,& conſcientias ſine verbo DEI aſtringere neceſsitate obtemperandi.

XXV. Quòd Papa vtrumq; habeat gladium iure diuino, & ſpiritualem & corporalem. Extrauag. vnam ſanctam. Bonifa. VIII.

XXVI. Quòd Papa ſuperioritatem ad Imperium ſine dubio habeat, & vacante imperio, ſine dubio ſuccedat:& quòd Chriſtus Rex regum plenitudinem poteſtatis Papæ in perſona Petri conceſſerit. Clemens V. in clement. Paſtoralis, de re iud.

XXVII. Quòd Papa ſit primus & maximus omnium Epiſcoporum, in totam Eccleſiam Chriſti vniuerſalem prælationem habens, & cui etiam Patriarchæ & omnes ſubeſſe debent, de neceſsitate ſalutis. Thomas Aqui.

XXVIII. Porrò ſubeſſe Romano Pontifici omnes humanas creaturas declaramus, dicimus, definimus,& pronunciamus, omninò eſſe de neceſsitate ſalutis. Boni. VIII. Extra. de maiori.

XXIX. Quòd Papæ tradita ſit omnis poteſtas in cœlo & in terra, iuxta illud, Mihi data eſt omnis poteſtas.

XXX. Quòd Papa non ſolùm ſuper omnia temporalia : ſed etiam ſuper Angelos ſit iudex

conſti-

constitutus, iuxta dictum: Nescitis quia Angelos iudicabimus.

Quòd asserens, à Papa posse adpellari ad concilium, sit hæreticus, vt Pius II. voluit. XXXI.

Quòd à Papa ne ad DEVM quidem posit adpellari. XXXII.

Quod à concilio ad Papá posit adpellari. XXXIII.

Quòd Papa non posit se submittere concilio Imperatoris, vel alterius, quia faceret iniuriam DEO. Iacobatius. XXXIIII.

Quòd Papa solus sine concilio potest deponere Imperatorem, vt Innocentius IIII. sibi arrogauit. XXXV.

Quòd Papa immutet rerum naturam substantialia vnius rei adplicando alij. XXXVI.

Quòd posit aliquid de nihilo facere. XXXVII.

Quòd posit facere sententiam, quæ nulla est, aliquam. XXXVIII.

Quòd nemo debeat ei dicere, Cur ita facis? XXXIX.

Quòd posit de iniusticia facere iusticiam corrigendo & mutando iura. XL.

Quòd obtineat plenitudinem potestatis, & plenitudinem clauium. Baldus. XLI.

Quòd posit de plenitudine potestatis de iure supra ius dispensare. XLII.

Quòd Papæ potestas sit maior quàm omnium Sanctorum. Baldus. XLIII.

Quòd DEVS rata habeat ea, quę facit Papa. Sigismundus Lofredus Neapolitanus. XLIIII.

Quòd

XLV. Quòd Papa potest facere omnia, quæ DEVS facit. Decius & Ludouicus Gomesius.

XLVI. Quòd Papa nec DEVS, nec Angelus, nec homo sit.

XLVII. Quòd Papæ potestas maior sit quàm Moysis: quia Moyses non habuit potestatem, nisi supra populum Iudaicum: sed Papa habet potestatem super omnes. And. ab Exea.

XLVIII. Quòd maior sit omni alia creatura, ac ipsius potestas extendat se ad cœlestia, terrestria, & infernalia. Antonius Florenti. in sua Summa.

XLIX. Quòd Papa authoritate & potestate maior sit Angelo, teste Antonino.

L. Quòd suprema potestas Papæ sit à solo DEO, nec ab homine possit iudicari, iuxta Apostolum: Spiritualis omnia dijudicat, ipse autem à nemine iudicatur. Bonif. VIII. in Extrauag. Vnam sanctam. Item: cap. nemo.

LI. Quòd Papa sedet in sede, quam Dominus sibi in persona Petri specialiter elegit: & hoc adeò verum est, vt error dicentium contrarium sit similis errori dicentium, Spiritum sanctũ non procedere à Filio. Thomas Aqui.

LII. Quòd Papa sit fundamentum fidei, Canones.

LIII. Quòd Papa habeat determinare ea, quæ sunt fidei, & Sacræ scripturæ sensus interpretari. Iohannes de Turrecremata.

Quòd

Quòd si totus mundus sentiret cōtra Pa- LIIII.
pam, tamen sententiæ Papæ standum est. Iohan. de Turre Cremata. lib. 3. cap. 64.

Quòd Papa sit supra vniuersalem Ecclesi- LV.
am. Concilium Florentinum.

Quòd Papæ sedenti in solio Maiestatis LVI.
suæ Spiritus sanctus adsistat. Thomas Aqui. Caietanus.

Quòd Papa possit citare quemcunq; & LVII.
in quocunq; loco, quoniam vbiq; est Dominus. Bartholus.

Quòd Constantinus Papæ non donatio- LVIII.
nem, sed restitutionem fecerit, cùm Papa Christi vices gerat, cuius est terra & plenitudo eius, & cui data est potestas omnis in cœlo & in terra. Glossa.

Quòd in decidendis Ecclesiæ quæstioni- LIX.
bus opinio Papæ proferenda sit sententiæ patrum. Albanus.

Quòd Christus non fuisset diligens pater- LX.
familiâs, nisi aliquem vices suas agentem in terris reliquisset, qui ea omnia posset, quæ ipse potest. Hostiensis.

Quòd Papa tantū sit honorādus, vt opor- LXI.
teat eius pedes osculari. Iohannes de Platea.

Quòd non obediens Papæ, sit morte ma- LXII.
ctandus. Bonifacius de vitulinis.

Quòd Papæ debentur decimæ de omni- LXIII.
bus parochijs. Idem Bonifa.

LXIIII. Quòd Papæ absolutè credendum sit. Id-
ne istud os mentiri adseramus, vnde de-
oriri veritas. Marcus Mantuanus.

LXV. Quòd Papa habeat dispositionem om-
num Ecclesiarum, beneficiorum, & parti-
larium rerum. Philipp. Corneus.

LXVI. Quòd DEVS Papæ subiecit omnes leg-
& quod ipsius Celsitudini nulla Lex im-
ni potest. Fortunius Garth. in l. 1.

LXVII. Quòd Papa potest solus in totum toll-
pœnam temporalem, in quam æterna fuit
mutata per confeßionẽ, & pœnitentiæ in-
iunctionem, licet secus sit in inferiore. Bo-
facius de vitulinis.

LXVIII. Quòd Papa posit dare alicui plenari-
indulgentiam omnium peccatorum: & q-
hoc negat, sit hæreticus. Ioan. de Tur. Cre-

LXIX. Quòd solus Papa obsoluere potest à iu-
mento, cũ quis periuriũ incurrit. Alex. S-

LXX. Quòd Papa est maior Paulo: & par Pe-
in admistratione. Antonius de Rosellis.

LXXI. Quòd Papa ea potest in terris, quæ DE-
in cœlis. Berou. in cap. cum tu de vsuris.

LXXII. Quòd Papa est imago Christi, & quod d-
uinus spiritus in humano corpore hospi-
tur. Marcus Mantua.

LXXIII. Quòd Papa sit viuus fons iustitiæ, fug-
tenebras sicut ventus. Baldus.

LXXIIII. Quòd Papæ omnia licent. Hostiensis.

Ra-

Romano Pontifici Petri Vicario dictum LXXV.
eſſe à Chriſto: vt quodcunq; in vniuerſo ſuo
regno figeret, refigeret, obligaret, aut ſolue-
ret, hoc ipſum ita fixũ, refixum, obligatum,
ſolutumq́; coram DEO habitum iri in cœlis.
Pighius, de cõmunione ſub vna ſpecie.

Quòd Papæ nullus ſit par, niſi DEVS. LXXVI.
Auguſt. Beroius.

Quòd Papa ſit ſponſus vniuerſalis Eccle- LXXVII.
ſiæ, & caput. Iohannes de Turr. Cre.

Quòd ſolus Papa poteſt rem vni auferre, LXXVIII
& dare alteri. Antho. de Roſellis, in tractatu
de concilijs.

Quòd Papa poſſit cum Turca fœdus inire. LXXIX.
Iohannes Lupi.

Quòd Papa eſt lumen fidei, & quaſi ſol & LXXX.
ſplendor veritatis. Antho. de Roſellis.

Quod Papæ omnes animæ ſint commiſſę. LXXXI
Aug. de officio 4. prælatorum.

Quod Papa nulli omnino mortalium re- LXXXII.
uerentiam facit. Sed Imperatori aliquantu-
lum ad oſculum oris adſurgit. lib. 3. Cere-
mo. curiæ Rom.

Quod Papa eſt cœleſtis aulæ clauigerus. LXXXIII
lib. 1. Ceremo.

Quod in Cõuiuio Papę Imperator debeat 84.
aquã prębere ad lotionẽ manuũ: & primum
ferculum portare ad menſam: & Papa e-
quũ aſcendente Imperator debet ſtrepham

equi Papalis tenere, & equum per aliqua[ntulum]
tulum ducere fræno. lib. 1. ceremoniarum
Curiæ Rom.

LXXXV. Quòd Imperator teneatur præstare iu[ra]mentũ fidelitatis & obedientiæ. Clemen[t.] vnica de iureiur.

LXXXVI Quod in exequijs Papæ, prima die p[ro] anima eius legi debent ducentæ Missæ: [&] nouem diebus subsequentib⁹ quotidiè ce[n]tum Missæ. lib. 1. Ceremoniarum.

87. Quòd Papa possit statuere contra Episto[-]las Pauli. Carolus Ruinus.

88. Quòd Papa sit omnium princeps, & Re[x] regum, & causa omnium in Ecclesia mili[-]tantium, iuxta Felinum.

LXXXIX Quòd Papa sit DEVS. Felinus.

XC. Causæ criminales grauiores cõtra Episco[-]pos, etiã hæresis quod absit, quæ depositio[ne] aut priuatione dignæ sunt, ab ipso tant[um] summo Romano Pontifice cognoscantur [&] terminentur. Trid. conci. 8. Sessione.

XCI. Penes solum Romanũ Pontificẽ esse i[us]
679. & potestatem indicendi & conuocandi g[e-]neralia concilia: eiusq; esse præsidere.

ANTIDOTA.

Errores crassissimi, mẽdacia impudenti[s-]sima, & blasphemiæ execrandæ, quas Pon[ti-]ficij scriptores non tantùm de primatu Ro[-]mani Pontificis, sed de diuina eius pote[state]

& authoritate ſine omni rubore euomuerunt, non tantùm expreſſo DEI verbo, ſed etiam humana ratione refelluntur. Ac niſi constaret Sathanam ita excæcare & furore implere hominũ impiorum pectora, vt nihil pensi habeant, quid ebuccinẽt, nec vereãtur extremas blaſphemias in DEVM euomere, incredibile eſſet, tam immanem furorem in hominem cadere poſſe. Verùm Spiritus ſanctus liquidò prædixit, Antichriſtum collocaturum ſe in templo DEI, & elaturum ſe ſupra DEVM, cultum & numen: & arrogaturum ſibi ſupremam diuinam maieſtatem. 2. Theſ. 2. Homo ille ſceleroſus, filius perditus, qui eſt aduerſarius, & effertur aduerſus omnem, qui dicitur DEVS aut numen, adeò vt ipſe in templo DEI ceu DEVS ſedeat, oſtẽtans ſeipſum vt DEVM. Vides Paulum digito indicaſſe horrendas blaſphemias, quas de primatu Romani Pontificis ſatellites atq; adulatores eius effuderunt. Non igitur neceſſe erit, vt ſingulis erroribus & mendacijs manifeſtiſsimis, ſingula Scripturæ dicta opponantur, præſertim cùm plenam refutationem hic non inſtituerimus: Sed ſatis erit duo aut tria proferre teſtimonia Spiritus ſancti, quibus ingens illa mendaciorum moles ad inferos detrudi poteſt. Chriſtus inquit: Luc. 22. Reges gentiũ dominantur eis,

& qui potestatem habent in eas, benefici vo-
cantur: Vos aũt non sic, sed q maior est inter
vos, fiat æqualis iuniori, q princeps est, æqua-
lis ministranti. Itẽ: Mat. 18. Amen dico vobis,
nisi cõuersi fueritis, & effecti similes puello-
rũ, nequaquã ingrediemini in regnũ cœlo-
rũ. Hinc disertis verbis, ministris verbi sui ab-
stulit Christus omnẽ dominationẽ ciuilem.
Petrus inquit, quẽ sanè Romani Pontifices
successores eius audire debebãt, Presbyteros
qui inter vos sunt, obsecro, qui sum & ipse
presbyter, pascite quãtùm in vobis est gregẽ
Christi, curã illius agentes, nõ coactè, sed vo-
lentes, nõ turpiter adfectantes lucrũ, sed pro-
penso animo, neq; ceu dominiũ exercentes
aduersus cleros, sed sic vt sitis exemplaria gre-
gis. Hoc luculentũ Petri Apostoli testimoni-
um detrahit tyranno Romano omnẽ domi-
nationem, quã adfectat supra Ecclesiã Chri-
sti, atq; etiã supra principes, reges, & omnes
mundi monarchas. Rursus inquit Christus:
Sicut me misit pater, sic ego mitto vos. Sed
Christus à Patre ad mundanum regnũ mis-
sus nõ fuit, ideoq; subduxit sese, quoties illi
regnum offerebatur. Ergò ne Episcopis, aut
ad ministerium docendi in Ecclesia vocatis,
licet regiam occupare potestatem. Iubet etiã
Sacra scriptura, anathema dicere Romano
Pontifici, eo quòd vendicat sibi authoritatẽ
con-

ponendi fidei articulos, mutandi religionem, decernendi contra quatuor Euangelia & contra Epistolas Pauli. Expressum enim mandatum DEI est: Si quis aliud Euangelium docuerit, quàm ego Paulus docui, etiam si Angelus fuerit de cœlo, sit anathema. Ioannes Theologus de sua apocalypsi testatur: Si quis adposuerit ad hæc adponet DEVS super illum plagas scriptas in libro isto. Et si quis diminuerit de verbis libri Prophetiæ huius, auferet DEVS partem eius de libro vitæ: Quò minus dubia est authoritas Euangelistarum & Apostoli Pauli, vt per quos citra omnem dubitationem Spiritus sanctus locutus est, & scripsit: hoc constantius de ipsorum scriptis adseuerare possumus, grauissimè punitum iri, quicunq; ea vel mutilârit, vel commentis hominum auxerit. Cùm etiam scriptum sit: Gloriam meam alteri non dabo, cogitent pij quàm profligata sit impietas in Pontificijs qui scribere audent, quod Papæ data sit omnis potestas in cœlo & in terra, & quòd habeat vnum consistorium cum DEO: quòd possit ex nihilo facere aliquid, quòd sit Dominus cœlestium, terrestrium, & infernorum, & quòd omnia iura habeat in scrinio pectoris sui: Detestemur igitur hoc impudens & abominandum idolum, & sciamus scriptum esse; Ego sum Dominus, ante

me nō est formatus DEVS, neq; post me eri
Itē: Non habebis DEOS alienos coram me

XXXIII. LOCVS.

DE ANTICHRISTO

ψ4.10.T.f.26. *Errores Pontificiorum.*

I. PONtificij docent Antichristum ex Baby
680. lonia de tribu Dan venturum esse. Com
pend. Theol. lib. 7. cap. 8. de Antichristo. An
tichristus ex parentum seminibus conci
tur, sed post conceptum descendet Spi
malignus in matris vterum, cuius virtu
operatione deinceps puer nascetur, ale
adolescet, propter quod Filius perditionis
cabitur. Nascetur autem in Babylonia d
tribu Dan, sicut dicit glossa super Apoca
psin, Post hoc veniet in Hierusalem & c
cumcidet se, dicens Iudæis, se esse Chri
illis promissum, vnde plebs Iudęa speci
ter ei adhærebit, sicut dicit Haymo su
Apocalypsin. Vide cætera.

II. Papistę negant Romanum Pontificē c
suo sodalitio esse verum Antichristum, c
id validissimis & apertissimis verbi diui
stimonijs comprobetur & demonstretu

III. Docent Antichristum tantùm tribus a
cum dimidio regnaturum. Compend. Th
Regnabit Antichristus, sicut dicit gloss
per Apocalypsin, tribus annis cum dimi

Doc

Docent Antichristum interfectum iri in monte Oliueti. Compend. Theol. lib. 7. cap. 14. Potestate sua occidet Dominus Antichristum, sicut dicit glossa super Apocalypsin, siue per se, siue per Micaelem. Occidetur autem in monte Olíueti, in papilione & solio suo, in loco circa quem Dominus ascēdit in cœlum: Interfecto autem Antichristo, non statim veniet Dominus ad iudicium, secundum Gloss. super Danielem concedentur 45. dies ad refrigerium Sanctorum, & ad conuersionem & pœnitentiam subuersorum. IIII. 683.

ANTIDOTA.

Nugæ Pontificiæ de Antichristo, quia nullo testimonio Sacræ scripturę nituntur, reijciendæ & detestandæ sunt. Nam vt Hieronymus rectè loquitur, quod in Sacra scriptura authoritatem nō habet, eadem facilitate contemnitur, qua adseritur. Et Paulus monet, vt nobis caueamus à traditionibus & deceptionibus hominum. Coloss. 2. Hoc autem dico, ne quis vobis falsis rationibus imponat per probabilitatem sermonis. Item: Videte ne quis vos deprædetur per Philosophiam & inanem deceptionem, iuxta traditionem hominum, iuxta elementa mundi, & non iuxta Christi. Ex verbo DEI igitur petendum est quid sit de Antichristo sentiendū, vt 1. Ioan. 2.

Quis est mendax, nisi is, qui negat Iesum es- Christum: Hic est Antichristus qui negat Pa- trem & Filium. Item: 2. Thes. 2. Homo pecca- ti & Filius perditionis, qui est aduersatur, & ex- feret sese super omnem DEVM, & conside- in templo DEI, ostendens sese vt DEVM. Item: Matth. 24. Exorientur enim Pseudo- christi & Pseudoprophetæ, & ædent signa magna, & prodigia, ita vt in errorē induca- tur, si fieri posit, etiam electi. Item: Dani. 12. Et faciet munitionem DEI Maozim cum alieno DEO, quem qui agnouerit, eum ho- noribus augebit, & Dominum multorum faciet, & terram precio distribuet. Item: Apo- calyp. 17. Et vidi mulierem ebriam de sangui- ne Sanctorum, & de sanguine Martyrum Iesu.

Ex his Sacræ scripturæ testimonijs liqui- dò adparet, quæ sit fides Christiana de Anti- christo, quem Christus & Apostoli prædixe- runt venturum, & cùm luce meridiana clari- us sit, singula exactissimè congruere in Ro- manum Pontificē, dubitari non debet quin Romanus ille tyrannus pessimus sit Anti- christus, & totū ipsius Pontificium regnum à Sathana constitutum & auctum sit. Quem & Dominus Iesus conficiet Spiritu oris sui, & abolebit claritate aduentus sui.

XXXIIII. LOCVS.

DE PVRGATORIO

Errores Pontificiorum.

PONtificij contendunt esse purgatorium ignem, in quo animæ post hanc vitam temporalibus pœnis à peccatis purgentur, in quo à pœnis temporalibus fidelium suffragijs liberentur, & hoc commentum Spiritu sancto adscribunt. Trid. con. Sess. 9. Cùm Catholica Ecclesia Spiritu sancto edocta, ex sacris literis & antiqua patrum traditione in sacris concilijs, & nouissimè in hac Oecumenica Synodo docuerit purgatorium esse, animasq; ibi detentas fidelium suffragijs, potissimum verò acceptabili altaris sacrificio iuuari, præcipit sancta Synodus Episcopis, vt sanam doctrinam de purgatorio à sanctis patribus & sacris concilijs traditam à Christi fidelibus credi, teneri, doceri, & vbiq; diligenter prædicari studeant. Et paulò post: Curent autem Episcopi vt fidelium viuorum suffragia, Missarum scilicet sacrificia, orationes, eleemosynæ, aliaq; pietatis opera quæ à fidelibus pro alijs fidelibus, defunctis fieri consueuerunt, secundum Ecclesiæ instituta, piè & deuotè fiant. Catech. Rom. pag. 98. I. 684.

Pontificij statuunt quinq; diuersas sedes animarum post hanc vitá. 1. Primum locum dicunt II.

dicunt esse infernum, in quo sint damnati.
II. Infantum non baptizatorũ. III. Purgato-
rium. IIII. Limbum patrum, quem dicun
sinum Abrahæ, ad quem dicunt Christu
descendisse, & liberasse patres. V. Cœlum e
pyreum. Positiones Ingolstadienses de pu
gatorio.

III. Docent quòd animæ iustorum, quæ h
non absolutè pro culpis satisfecerunt, in p
gatorio satisfaciant pro peccatorum pœn
In positionibus Eccij Anno 1519. posit. 6. A
mas in purgatorio non satisfacere pro pec
torum pœnis, à quorum culpis absolutè hi
non satisfecerunt, reputamus erroneum.

IIII. Docent animas in purgatorio suorum l
berorum, discipulorum, & amicorum, vel
nis operibus iuuari, vel malis operibus g
uari. Catech. Rom. pag. 127. Nam cùm vel
sis hominibus mortuis interdum superst
sint filij, parentum imitatores reliqui sin
beri, discipuli, exemplorum, orationũ, a
num amatores & propugnatores, qui
rebus ipsorum mortuorum præmia & p
augeri necesse est.

V. Docent animas in purgatorio non tan
amicorum bonis operibus, vt eleemos
oratione, ieiunijs, & inprimis sacrificio
ris, verùm etiam indulgentiarum Papal
emptione iuuari plurimùm, & tandem p

is liberari. Petrus de Soto Confe. Catho. de purg. Manet post hanc vitam purgatorium, ubi cruciátur & ita purgantur defunctorum animæ, quæ in hac vita non plenè à culpis vel pœnis fuerunt liberatæ: sed in vera charitate Christi è corpore sunt solutæ, quę purgatio cùm perpetua esse non poſsit, absoluitur tandem vel satisfactione, vel suffragijs viuentium, inter quæ Christiana pietas indulgentias iusta de causa dispensatorum Ecclesiæ authoritate factas, nouit etiam collocare.

Docent animas in purgatorio esse certas de sua salute. Eccius in posit. Animas in purgatorio non esse certas de salute, negamus. VI.

Docent duplicem esse pœnam purgatorij, unam damni, alterá sensus. Cō. The. lib. 7. c. 3. VII.

Docent quòd animæ in purgatorio clamitent: Miseremini mei, miseremini mei saltem amici mei. VIII.

Docent quòd melior sit conditio diuitis, quàm pauperis in purgatorio, quia citius liberari poſsit suffragijs. Albertus Mag. de officio Missæ. tracta. 3. Tot possunt fieri pro vno aliquo suffragia, quod statim in momento liberatur. Et ideo in hoc solo casu melior est conditio diuitis, quàm pauperis, quia habet unde suffragia fiant pro ipso. IX.

Quòd cruciatus ignis purgatorij superet omnia genera tormentorum in hoc seculo. X.

ANTI-

ERRORES PONTIFICIORVM ANTIDOTA.

Cùm in vniuersa Sacra scriptura null
extet testimonium de igne purgatorio, q
animæ post hanc vitam à reliquijs pecc
rum purgentur, totum hoc figmentum c
stanter reijciendum & damnandũ est. Se
per enim in conspectu nobis esse debet
la, Lucerna pedibus meis verbum tuũ. It
Ad verbum meum nihil addas, neq; ei q
quam detrahas. Item : Ad legem & ad te
monium, nisi dixerint iuxta verbum h
non orietur illis matutina lux. Item: O
plantatio quam non plantauit Pater me
cœlestis, eradicabitur. Cùm ergo Prophet
Apostoli nullo verbo docuerint esse ign
purgatorium, nihil dubium est, quin sit p
rum putum mendacium, quod Pontificij
eo audacter adserunt. Atq; etiam pluri
sunt Sacræ scripturæ testimonia, quæ plan
simè conuincunt, non extare talem pur
torium ignem, in quo animæ post hanc v
tam sustineant pœnas pro reliquijs pecca
rum, & deinde plenæ expiatæ euolent ad c
lum. Christus inquit: Amen dico vobis, q
sermonem meum audit, & credit ei qui mi
me, habeat vitam æternam, & in iudiciũ no
veniet, sed transiuit è morte in vitam. Ioh. 5.
Nullam postulat Christus satisfactionẽ, sed
credenti salutem promittit. & disertè inquit

in

iudicium nō veniet, sed à morte in vitam
transiuit. Si is qui credit in Filium, non ve-
nit in iudicium, sed iam superauit mortem,
& vitam æternam est adeptus, quomodo
potest eum detinere ignis purgatorius? Sic
Iohan. 3. Qui credit in Filium, non iudica-
tur. Nulla pœna, nec vllum iudicium me-
tuendum est ei, qui credit in Christum, & in
fiducia Mediatoris decedit ex hac vita.
Qui non credit, iam iudicatus est. Non ignis
aliquis purgatorius, sed æterna damnatio
manet eum qui sine fide discedit ex hac vi-
ta. Item: Beati mortui, qui in Domino mo-
riuntur. Si sunt beati, non est quòd pœnam
vllam metuant. Paulus inquit: Mori mihi lu-
crum est. Item: Quod superest, reposita est mi- 2. Tim. 4.
hi corona iusticiæ, quam reddet mihi Domi-
nus in die illo, qui est iustus iudex, non so-
lum autem mihi, sed & omnibus qui dili-
gunt aduentum eius. Si omnibus fidelibus
corona iusticiæ est reposita, ergo nullæ pœnę
remanent post mortem. Et cùm sanguis Ie-
su Christi mundet nos ab omni peccato,
non est vllo purgatorio igne opus,
sed in Christo per fidem su-
mus immaculati.

FINIS.

IMPRESSVM FRANC
FVRTI AD MOENVM
apud Georgium Coruinum.



M. D. LXXII.